ullas cœlestiaq; corpora iāimata uoluerit ociari  
Et ne p singula prolixiori sermōe trahar uidemus  
solē mūdi oculum irrequieto motu anni Cursum  
perficere. Lunā a lumine dictam mēsuris & uicisi-  
tudinibus semper discurere. Reliquos itidem Cer-  
to tamen meatu uagari planetas: & Cæteras stel-  
las in hæc inferiora suos semp fluxus infundere.  
Addę q; assidua rapitur uertigine Cœlū. Sideraq;  
alta trahit: Celeriq; uolumine torquet. Omnia sa-  
ne offitiis suis intenta operantur sine quiete. Nec  
animalia bruta & suæ naturæ īdustria ocium fu-  
giunt: quinīmo semper laborant: ut conseruentur  
ī esse. Nec usq; in necessitatibus suis deficere pigra  
ceręq; uidentur: Omnia obedientissima sunt: Om-

Sol

Luna

Planetas

Stellæ

Ouidius

nia agunt; quod agere debent. Indicndū esse ocio  
bellum uel a frugilegis formicis discamus. De qui  
bus a Nasone dicitur. Parcum genus est patiēsq;  
laborum. Quæsitiq; tenax; & quod quæ sita rescr  
uet. Vidistis ne unq; dilectissimi fratres quanto  
studio per semitas indeficienter discurrentes. æsta  
te grana colligant: & hyemali prouidentes fami  
celis promptuariis cibaria illa recondant: quæ of  
ficiossima animalia: non interdiu: solum sed eti  
am noctibus plena luna laborem exercent. Quid  
de apibus dicendum est (ut duo præcipue insecto  
rum genera tangam: quæ ad humanam industri  
am & rempublicam proxime accedunt. alterum  
popularem statum. Alterum Regium & Monar  
chicum imitans) Quid inq; de apibus? Non ne &  
ipsæ oīum prudentissimum & laboriosissimum  
animal: & inter Cætera (ut aiunt cruditi scripto  
res) mundissimum ocium nobis fugiendum indi  
cant: & abigendos inherentes ostendunt: quæ so  
cias ociosas ac desides aut minus parcas pelle  
re consueuerunt: hinc illud poeticum. Et agmine  
facto ignauū fucus pecus a præsepibus arcet. Præ  
terea ex operibus abundantia: ex ocio nascitur in  
opia & fames dicente in proverbiis Salomone.  
Qui operatur terram suam satiabitur panibus:  
qui sestatocum replebitur egestate. Ex ocio

Formicarū  
industria  
Ouidius

De apibus

Virgilius

Salomon

Ex Ocio,  
Stultitia  
Ex Ocio-  
Malitia.

S Alomon.

DION:  
Ovidius.

Procedit stultitia attestante eodem. **Q**ui sectatur  
ocium stultissimus ē. Ex ocio malitia ortum ha-  
bet. hinc ecclesiasticum illud. Multam malitiam  
docuit ociositas. Sed quorsum hæc tam multa ex  
multis! **Q**ui ppe nisi ut ocium fugiatis & solitudi-  
nem rem tristem & omnium terribilissimam: ut  
dixit prusensis Dion. Tristis eris si solus eris. ait  
nobilis Poeta. Et illud: R es age tutus eris. Turpe  
rigitur homini (ut periculum omittamus) & ualde  
indcorum est id agere: quod natus non est; & cæ  
teris omnibus in actione existentibus quiesceſ. Sa  
tis uererer ne quando uobis fratres molestiam affe  
ret: lōgior orō ni uos me natu maiorem & uobis  
censurā minoribus ac bene uiuendi normam: i  
quem mentes oculosq; conuertitis: monētem pa  
ti: & de moribus contionantem crita omne fastidi  
um patienter audire longa cognouissem experien  
tia: qnæ quidem sunt indolis eximiae & sperādæ  
ingenuitatis argumenta. **C**HAN. Ita me dii be  
ne ament: ut oratio tua uel longissima scmp mihi  
brevissima uidetur: tanta nitet eloquentia & uari  
is: atq; catholicis sensibus scatet. Tu uero quid ais  
Blasi: **C**BLA. Hesito admirabōdus tantā i Adu  
lescentulo annos nundum nato quatuordecim nō  
facundiam solum sed & grauitatem & constan  
tiam. pudetq; me nunc tandem & piget quicq; in

hoc Ocius fuisse opinatum: qui illud ita execratur:  
& odit. **C**IVN. Quæcunq; de ocio solitarieque  
langore discruisti frater: licet mihi ppter latini ser-  
monis inopiam minus perfecte intellecta ncquaq;  
uera eē ambigo: arduum tamen immo impossibili-  
bile censco eē: q̄ humanum & fragile corpus ali-  
quod semper in actu sit: uel q̄ plane ita sit: uel q̄  
natura quadam aut in naturam consuetudine re-  
dacta remissionem ipsa cupiam: quam si dempse-  
ris uitam dempseris. **C**VI. Philosophicum ē  
iuonda Soror: ut nequit nimis: q̄ a prime in uita  
est laudabile. Et enim uirtutes ita moderatae & in  
meditulio consistæ sunt: ut extrema trito prouer-  
bio uitiosa fugitent: quæ censes Soror: sano cen-  
ses consilio & prudenter diiudicas. Nostra enim  
corpora sunt non saxea non ferrea non adamati-  
na. Sed carnea sed molia sed corruptilibus &  
se curriculo alternantibus elementis composita:  
sed innumerabilibus obnoxia morbis mortique  
denique ipsi subiecta iuges non sufferunt. Labo-  
res incessabiles actus recusant: **Q**uod caret alter-  
na requie durabile non est. Hinc illud. Aristoteli-  
cū i Ethicis. fieri nequit: ut quis cotiuuo laboret: &  
illud ciusdē i politicis. **Q**ui laborat idiget relaxati-  
one. In ore oīum ē; hoīcm quotidiana febrē occideſ  
ncminē iugulaſ q̄rtanā: qd ita: nēpe qa duorū dierū

Ne quid  
nimis.  
Extrema ui-  
tiosa.

Necessariā  
eē quietem

Ouidius

Aristoteles

Quotidia-  
nā occidere  
Quartanā-  
n̄ Iugulare.

Nouales &  
Noualia

Plutar-  
chus

Socrates

In remissio  
nem ac stu-  
dium diuina-  
sa uita no-  
stra.

Cornelius  
celsus

respirationem dat hæc; Illa nullorum. Scite omnia & utiliter operata est natura naturæq; pater: qui non uigiliam modo sed & somnum dederūt: non bellum solum sed & pacem: non hyemē sed tranquilitatem: non profestos sed etiam festos dies ut plerumq; respirantes & ab operibus nonnūq; cessātes diutius uiueremus & prosperius. Quid plura! quiete profecto ipsam ne dum uidemus conducibilem īmo necessariam animantibus sed ēt his: quæ carent anima. hinc alternis annis consue uimus agros serere: quos ab id nouales & noualia appellamus: ne. s. sterilecant & laxitudine defliti ant. Arcus & lyras remittimus ut tendere possimus (& ut semel finiā) ociū (ut ucriſſime plutar chus) est laboris condimentum. Id Causæ est: ut ī Symposio testatur Xcnophon: q; uacationem ut possessionū omnium pulcherimū laudabat sapiētissimus Socrates: & in ea se iucondissime aquiescebat: In remissionem. n. ac studiū diuisa est omnis nostra uita. Corpus indigentia & replemēto: animus uero remissione atq; labore conseruatur. hinc & elleganter & uere Cornelius Celsus de Medicinis libro primo. Sanus homo: qui & bene ualeat & suæ spontis est: nullis obligare se legibus debet: ac neq; medico neq; Alipta egere: hunc oporet uarium habere uitæ genus: modo ruri esse:

modo in Urbe sapiusq; in agro: Nauigare uena-  
ri quiescere interdum sed frequentius se exercere:  
si quidem ignavia corpus hebetat Labor firmat:  
Illa maturam senectutem: hic longam reddit a-  
dulescentiam. Tuus Soror Franciscus Petrarcha  
in eo: quem facundissimum & utilissimum fecit  
de remediis utriusq; fortunae: libro inquit. Ociū  
& quies duo humanæ uitæ bona gratissima sūt-  
nisi usus immodicus mala illa grauissima fecerit:  
quod multis fecit: & totidem corporis atq; ani-  
mi pestes tumorem corpori parientes animoque  
rubiginem. Interrogatum Chilonem quid diffici-  
le esset respondisse ferunt. Archana reticere: ociū  
recte disponere: iniurias tolerare posse. Ex quibus  
uerbis ociandum esse nonnunq; homini necessa-  
rio contingere uidetur. Ab continuis igitur labo-  
ribus danda est mortalibus & præsertim Iuueni-  
bus delicioribus respiratio. Factitandum tamē  
quod Demetrius phalereus aslerebat. Iuuenes di-  
cens oportere domi quidem parentes: in Itineri-  
bus autem occursantes: in solitudine uero & ocio  
se ipsos reuerciri: & seruandum quod Lucilio suo  
ptæcipit Annus. Neq; ego (inquit) iubeo te scmp  
imincere libro aut pugilaribus: dandum est ali-  
quod interualum animo: Ita tamen ut non resol-  
uatur sed ut remittatur. Ait idem philosophus

D. i.

Petrarcha

Chilonis di-  
ctura

Demetrius  
phalereus:

Seneca.

Seneca.

de prudentia affatim scribens. Non semper in ac-  
tu sis - sed interdum animo tuo requiem dato: &  
requies ipsa plena sit sapientiae studiis & cogita-  
tionibus bonis. Nam prudens nunq̄ ocio marcat  
habet autem aliquando remissum animum-nun  
q̄ solutum. Qualem apud Romanos plerumq;  
legimus habuisse par Veræ amicitiae clarissimū  
Scipioncm & Lelium: qui ab actuosa uita ad ani-  
mi remissionem transire consuecrant uisi crebro  
in Caietæ Laurentique littoribus conculas & cal-  
culos lectitasse. Et similiter Sceuolam huius Lelii  
generum: quem pila lulisſe - & aluco calculisque  
uacasse interdum dicunt: quum iura ciuium- &  
decorum ceremonias bene ac diu ordinauisset: qua  
in re Plautus Comicus atq; Tulli, orator Et phi-  
losophus clarissimi habetur. A pud uero Græcos  
sapienſſimum Socratem iterposita cruribus a-  
rundine-ut puerorum more equitem immittare  
tur cum paruulis filiolis aiunt lusisse. Platonem  
quoque illum diuinissimum iocis sæpe usum Au-  
etor est Laertij. Nec aliud sensisse Homerum cre-  
dimus: ubi manibus Achillis canoras aptat fi-  
des. Vult enim carum militare robur leni pacis  
studio relaxare. Hominem profecto(ut a Valerio  
non discedam)continui Laboris patientem esse

Scipio & Le-  
lius

Sceuola

Plautus,  
Tullius,  
Socrates

Plato.

Valerius  
maximus.

non sinit rerum natura: Ob id causæ remissiones  
ac lusus cum sobrietate atq; modestia a claustris  
etiam atque cœnobii maiores nostri sanctissimi  
uiri noluerunt abfuisse. Nec Ioannem Apostolū  
inter discipulos Auicula lusisse uituperationi aut  
reprächēsioni dederunt. Vides igitur dilectissima  
Soror qualis debeat esse remissio & operum cessa-  
tio. Nolo te iugiter iminere cholo-acubus rheti-  
culis muliebribus offitiis & artibus: non etiam  
semper musicæ: non Calamo: non lectionibus:  
non orationibus ipsis: cessa nonnunq; respira: re-  
quiesce: non ut soluaris: Sed ut ad labores fortior  
redeas & alacrior: quando cessatio auctore Ari-  
stotele non est finis sed fit gratia operationis: ui-  
cissim itaque nunc ocio: nunc negotio tuus recre-  
etur animus: & quietem tuam labor ipse condi-  
at: Laborem quies. **CIVN.** Satisfecisti ad  
unguem: non est quod ulterius ambigam: aut  
uerear: pro uirili enitemur: ut uita nostra ab om-  
ni sequestrata turpitudine: & nullo emollita o-  
cio nullorum prouocet fprächensionē. **CHAN.**  
Ita mihi semper factitandum duxi maiorum ue-  
stigia nostrorum proponens imitanda: Ser-  
uandos parentum sanissimos monitus: exe-

IOannes -  
Apostolus  
Conclusio

Aristoteles

D ii

Depudesco  
uerbum hie  
ronymi.

quædam magistri sanctissima atq; amabilissima  
precepta: qui nos accuratissime docet eloquenti-  
am & cum eloquentia mores. Eloquentia enim  
sine moribus male discitur: a quo (in fallor neque  
enim fallor) didicisti & pluribus dictante illo an  
notauisti epistolis: quicquid præsenti contiōe no-  
bis quidem gratissima atq; iucondissima dis-  
cūisti. **GVI.** Ingrati hominis est dissimulare p  
quos profeceris. **VI** Sdomino nostro non ificior-  
debeo si quid bonarum in me litterarꝝ est: a quo  
& rudimenta ipsa ac pene litterarum clementa  
Non depudesco infelicitatis meꝝ Vt utar uerbo  
hieronymi quæ quasi abolita ceciderat: recogno  
ui: **Quare** illum perinde ac parētem diligo & ue-  
neror: daturumq; nobis diis aspirantibus Spero:  
qd nulla unq; pessundabif fluctuatiōe. **HAN.**  
Spero hoc idem: Sed iam isthæc missa faciamus.  
Eho dic frater discepcionem inter uos iam diu  
de Sibyllis exortam terminauistis adhuc an nū-  
dum? **GVI.** Terminauimus sine termino.  
**HAN.** Quod uerbum est hoc? **GVI.** Cō-  
ticetur nihil tamen conclusum est. **HAN.**  
Quid in causa? **GVI.** Blasius. **HAN.** Bla-  
sius. **GVI.** Blasius: cuius equus principio cliui  
anhelans defecit. **HAN.** Miror ex confidentia di-  
fidentiā Ex audētia natum esse timorē. **GVI.**

Sic est: Duellum recusauit: quē tamē ad te cōfugis  
se audierā- ut illi præstares suppetias. CHAN.  
Ad me' haud eqdēm uerum est. CGVI. Nec spe  
ro-tradidisse-si implorasset auxiliū. CHAN.  
Ego: tradidissem qdēm-si petiisset. CGVI. Extr  
no aduersus fratrem. CHAN. Externus non est  
Blasius. Sed indigena- & parētis nostri scriba pru  
dentissimus-facillimus-optimus-fidelissimus- &  
in obeundis negociis nostris promptissimus & di  
ligentissimus: Quem tu quidem dudum lauda  
sti-multum plane non tamen satis: Neque enim  
satis laudatur is: qui æterna laude dignus est.

CGVI. Esto-sit omni laude dignus:non tamen  
frater est:pro quo contrahis odium- & bellum in  
fratrem suscipis. HAN. Hui quod odiū - aut  
quod bellum-nunquid Atrei in Thiestem:aut in  
Etheoclem polynicis? Non est frater in l'Italia pale  
stra uitupabilis aut indigna concertatio- ubi ani  
mus excolitur-ingeniū redditur Vegetius & acu  
tius:hoc porro ueluti ferrū est: Q uod nisi exerce  
atur-rubigine tegitur. Absq; autem exercitatione  
nihil ī uita pfici posse dicebat Diogenes: hāc uero  
exupare oīa. Et tria pueris necessaria uerissime uo  
luit Aristoteles īgeniū exercitationem disciplinā.  
Sed tacet Blasius. CGVI. Tacet & IVNipera.  
CIVN. Satis est-si uos loquimini:quos iam di  
gladiari uidere uideor. CBLA, Delectarunt me

Laudatur  
Blasius.

Atrei ī Thi  
estem odiū,  
Polynicis ī  
Etheoclem

Ingenium-  
sicuti ferrę.

Diogenes,

Aristoteles

Tria pueris  
necessaria.

Malimur  
laudari q̄ ui  
tuperari.

Sibyllæ.

ad eo sermones ur̄i eximiæ & spectandæ idolis ad-  
dulescētuli meiq; singulares patrōi ut satius mi-  
hi uisum fuerit taccr̄ q̄ loq; & sub silētio audire q̄  
urā interrūpere coloqa: uel qđ eruditio[n]e haberet  
& facūdiā: Spemq; n̄ solū p[ro]mitteret de uobis ma-  
gnā. Sed & spōderent maximā: uel q̄ me collau-  
darēt: Malimus. n. oīo laudari oēs. q̄ uitupari: uel  
q̄ te cognosceret Hānibal mihi præsto subuētur  
& opē i certamie præstitus: Q[uod]i aius maxiope  
mihi placuit. Silentii itaq; n̄i cām breuiter ex-  
ponemus: mox tu qđ libuerit efficies: Scrips[erat]  
ad me frater Guido epistolā: i qua cōmemoratis  
prius ex Varronis s[ecund]ia. x. Sibyllis cooptabat sci-  
re quænam ex his tercentis philipp[ea]is libros tris  
mox in religiōe habitos Targnio supbo uēdidiisset  
de qua re dicebat subdubitaſ scriptores: & meam  
sup hoc eſſ lagitabat opinione: R̄ndi ex ingeniolis  
tenuitate: Quid sentire enarraui. Sentiebā fuisse  
Cumeā. Ille tū rescriptiſ: rōnes meas argumētiſ n̄  
par q̄ p[ro]p[ter]e ualidis cōfutat: nihil tñ decernit: Om-  
nia re p[ro]bat: nihil p[ro]bat: reiicit oīa: nihil admittit.  
Quid facerē? Dies mihi feriati n̄ sunt iugibus ex-  
erctor negociis: uariis familiæ gēitorisq; ur̄i - dñi  
mei (quod uos nō præterit) rebus obeūdis adeo cō-  
tinenter detinor: ut capiundi cibi plerq; tempus  
nō suppeditat: quū itaq; ocium non eſſet quicq; lege

re, & prisorū annales reuoluere (memoriter enim  
omnia nequimus) supersedi. **Q**uod si tibi lubet  
incum suscipere patrocinium erit id profecto tā  
gratum ut nihil queat gratius; Et quod alii dcde  
corosum putant ad præcipuam mihi gloriam  
arbitrabor ope adulcentuli uicisse. **Q**uandoq  
dem nec turpe fuit aut ignominiosum Scipioni  
consuli in conflictu ad Ticinum a filio tum pri  
mum pubescente subcollari & in castra reporta  
ri. **C**HAN. Placet exemplum: Et si frater pu  
gnam non detractat accigor ad opus. **C**GVI.  
Vbi uis non moror: neque enim tergiuersari so  
leo. **C**IVN. Benefacitis: Et tempus & lo  
cus satis fauent. Nam hæc amygdolus lætissimis  
onerata floribus amœnissimas nobis præstat um  
bras: sub qua sedilia e cespitibus uestro usui satis  
accommodata sunt: Præterea multum mihi leno  
cinatur historiarum relatus. **C**BLA. Id  
efficere debetis: quoniam duobus iam res grata  
est: & doctor in tempore aduenit: quem recta ad  
uos uideo: Excipite plausu uobis Palemonem.  
**C**VIS. Gratia diis: Inueniam uos hodie:  
**Q**uid i horto tm̄: Et tu hic Blasi: Et tu ēt Iunipa:  
Saluete: **Q**uid aut̄ hic uos i tāto cœtu: nūqd ocio  
marcesciti: **C**GVI. Ecce & ipse præceptor d' ocio  
ueret. **C**BLA. Certatueros specto: & spem pasco.

Scipio Con  
sul a filio su  
bcollatus:

Sedilia e ce  
spitibus:

Doctor Pa  
lemon:

**C**IVN. Aium ameno. **C**VIS. Facis qd haud  
te decet iuipa. Quæ sic sola iter tot uiros: ubi Lu  
cretia: ubi Maria: ubi reliquæ pedis: quæ Comi  
tes & aseclæ tuæ! Erubuisti nil metuo. **C**HAN  
Magi opportū te obtulisti: iudice nobis opus e  
rat & te præcipue: q nulli plus a quo parti faues.  
Cocertatio ē nobis de sibyllis. **C**VIS. Quibus!  
**C**HAN. Mihi & Guido: **C**VIS. Blasiū audi  
erā laceſſitū n̄ tc. **C**BLA. Cessi ego bōis & lubēs  
ultra ptes hic meas excepit tutādas: q me pariter  
& honoř leuauit & pudore. **C**VIS. Placet sed a  
gite. Ois rūpite moras: rē ipsā aggrediamini - nā  
ppe est hora: quæ ad lectionē impellat. **C**GVI.  
Vſdnc impar ē cōgressio: Hānibal Blasium hēt: e  
go quē! **C**HAN. Do IV niperā. **C**GVI. O grā  
de subsidiū: quæ nos latie loquētes uix intelligit?  
**C**IVN. Sinc frater qñqdē de Sibyllis futura sit  
disputatio: quas egregiis picturis ī nrī parietibus  
cubiculi expressas ī signiter cōtinue uideo: opā om  
nē mēā pollicor: nec erit de hac materia meus ste  
rilis sermo. **C**GVI. Iam mihi parta uictoria est:  
quiū opam parietibus sumptam polliceatur So  
ror: hac itaq; spe exordior: Et quod p̄io ad Blasiū  
scripsi refro: nō uerba (ncq; cnī uerba singulatim  
mēini) Sed sensus exprimēs. Guido Blasio suo  
Sal. Di. Scxtū æncidos īterprctatur nobis im  
p̄tiar. **C**VIS dominus præceptor nī: quod tam te

Comparat  
ſibi Iudicis  
beniuolētiā

Cessibonis

Sibyllæ pa  
rietibus de  
piatæ.

EPISTola  
GVIDONIS  
ad Blasium

scire nō ignoro: Is illd' exponēs. Horrēdāc pcul  
Secreta sibyllæ Antr̄ imāc petit: magnā cui īntē  
aīumq; Dclius īspirat uates apitq; futura: inter  
multa de Sibyllis hæc dixit. Marcus Varro ille  
q multipli cūariaꝝ sc̄iētiaꝝ cognitiōe porcus l̄fa  
rū nūcupat, ē: quo nemo unq; apd' romāos & græ  
cos doctior: ī libris rex diuīaꝝ ad Cæsarē Maxi  
mū pōtificē quū de qndecī uiris loqueret̄ sibyllas  
nūcro decē fuisse scribit: Primā fuisse de Persis: cu  
ius mēinit: Nicanor: q res gestas Alexādri Mace  
dōis scripsit. Secūdā Libicā: cuius mēinit Eurypi  
des ī Lamiæ plogi. Tertiā Delphicā: de q crisi p  
pus loqf ī eo libro: quē de Diuinatiōe composuit.  
Quartā Cumicā ī Italia: quā Neuius ī libris belli  
punici: Piso ī ānalibus nōinauit. Quintā Eryth  
treā: quā Appollodorus Erythreus affirmat suā  
fuisse ciuē: Ēāq; grais iliū p̄tētibus uaticinatā &  
piturā cē Troiā. Et Homer̄ maxīa scripturꝝ men  
dacia. Sextā Samiā: de qua scripsit Eratosthenes ī  
antīq; ānalibus samiorū reperisse se scriptū. Septi  
mā Cumanā Amaltheā nomine. Octauam Hel  
lesponticam in agro Troiano natam: quam scri  
bit Heraclides ponticus solonis & Cyrifuisse tem  
poribus. Nonam phrygiam: quæ uaticinata sit  
Ancyraꝝ. Decimam Tyburten nomine Albunc  
am: quæ Tyburi colitur ut dea iuxta ripas annis  
anienis: cuius in gurgite simulachrum eius inuen

Virgiliius.

Varro por  
cus litteraꝝ

Sibyllarum  
numeris.

Persica  
Libyca.  
Delphica

Cumea.

Erythræa

Samia.

Cumana.  
hellespōtica

Phrygia  
Tyburte.

MISCELLA  
VISDOMI  
NI.

ANTONIUS  
GALEA  
TIUS PRO  
TH.

Anus Lib  
ros ad Tar  
quinium.

Tercentos  
Philippeos

tum esse dicitur tenēs ī māū librū: De quibus omnibus uaria scribūt Hicrony. Lactatius Augustinus. & multi præterea historici tā græci q̄ Latini Habentur & has singulaq; uaticinia nōnulla de Christo redemptore nostro in nostra Miscella: quā a me puerō cōpositā iam pridē edidimus Antonio Galeatio Auunculo uestro dignissimo Prothonotario dicatā. Cæterq; monumētis scriptorū hoc memoriae prodītū est. Anus hospita atq; ī cognita ad Tarquiniū superbū regem adiit nouem libros ferens: quos ēē dicebat diuina oracula: licet alii de tribus tantum fecerint mētionē: hos uelle dixit uenum dare. Tarquinius preciū pcontatus est: Mulier tercentos poposcit philippicos aureos. Rex quasi anus ætate desiperet risit. Tum illa sculū corā eo cū igni apposuit: tris libros ex nouē uel unū ex tribus si tantū tres erant deuissit: & ecquid reliquos eodē precio uellet emē regē iterrogauit: Sed enim Tarqnius id multo risit magis: dixitq; anū Iam pcul dubio delirare: Mulier ibidē statī tris libros e sex uel unū e duobus exussit Atq; id ipsum denuo placide rogauit tris reliquos eodem illo precio emat: Tarquinius ore iam serio atq; attētior aīo fit: eā constantiā confidentia mq; nō insuphabendā intelligit: & reliquos tris aut reliquum ex tribus si tres tātū attulerat nihilō minore precio mercatur q̄ quod erat petitū p oībus.

Mulier a rege digressa postea nūq uisa cōstitit; libriq; ipsi in sacrarium conditi sibyllini appellati sunt; hanc uero mulicē unā ex Sibyllis. x. existimantur; quænā aut̄ fuerit dubitāter certant oēs & adhuc sub iudice lis est. Hæc nobis & multa alia VI. dominus præceptor de Sibyllis nūq tamē suā de libroꝝ uenditrice opinionē aperiens tāq; & ipse cū scriptoribus ambigat; ego nihil ausus ipsū iterpellare acqueui; Verū quū te nouerim semp̄ studiosum studiosoꝝq; amantissimum; uiꝝ itidē memoria præditū & multiuga exercitatū lectio ne hæc audētius cōfidētiusq; ad te scribo. Ut si qd̄ unq; inter legendum ostendisti huiuscæ historiæ ueritatem retegens me facias participem: Nullus enim cibus animo suauior est (ut eleganter ait Lactantius)q; Cognitio ueritatis; ad cuius propriā in quisitionem atque inuestigationem natura homo impellitur. Oro itaque & obsecro te ut tuam per litteras super hac re opinionem mihi manifestes: quod adeo mihi gratum erit ut gratius quicq; nequeat. Vale. In hanc sententiam (& ne scio an Eadē uerba sint) Blasio primitus a me scriptum est **C**VIS. Erudite & eleganter. **C**HAN Ita ædepol; n̄ tñ ad Eruditionē suā nec ad elegatiā Sed ad méoriæ ostētationē; nā ad uerbū scripsit quæ tu ad lectiōis d̄clarationē r̄cēsueras. **C**VI Verū nec sū iſiciat; q̄ oīa præceptoris ascripscrā:

Sibyllini Li  
bri.

Lactantius;

ad ueritatis cognitionē impellimur

Autolicus.  
Ovidius.

EPISTola  
BLasii ad  
GVidonē.

Quod Cu-  
mea libros  
uendiderit.

nūdū lacelitus; patus ne es huic īterrogatiūculæ  
rñdere! CHAN. Paratus qđ sum: & ubi rñdcro  
quæstiōes. x. ppōer. CGVI. Age dic. CHAN  
Sed qđ prius Blasius rescripscerit exspecto - ut eū bñ  
scripsisse itelligas. CGVI. Quō bñ poterit: qui  
male & falsa scripsit! CHAN. Male n̄ pōt: qui  
mea utif opera - & me patrono defendit: CGVI.  
Tu nc Autolicus: Qui faceſ assuerat patriæ n̄ de  
gener artis cādida de nigris - & de cādētibus atra:  
CHAN. Qui sim senties: Dic Blasi - & oīa singi  
lati - quaꝝ rñderis. CBLA. Dico. Blasius Guidoi  
Comiti Sal. Iucōdū fuit pluribꝝ de causis - qđ ame  
superioribus diebꝝ, p līas petiisti. Primū qđ tua stu  
dia īplēt me bōa spe - nec iā pmittūt. Sed spondēt  
Mox qa maximū erga me amore prætefers: q tñ  
mihi neq̄q erat īcognitus. Demū qa nūq tuas lec  
tito līas - qn siā doctior: nec mihi psuader possum  
iccirco te ad Blasiū destiare līas - ut addiscas - uer  
potius ut doceas. Ego tñ qđ de sibylla sētiā librorꝝ  
uēditrice paucis absoluā - & īcōditis. Neq; n. lōgio  
ra possū ob pluria & maxia negocia: neq; cruditi  
ora aut elegātiora pp īpitiā - & lōgā disputādi īso  
lētiā. Quod iudico ē huiusmōi. cumcæ sibillæ mē  
tio passim Scaturiit apd latios scriptores: qđ effi  
cit - ut facile existimē - hāc cxtitisse a q Targni, li  
bros habuerit romāorꝝ fata cōtinētes: Qđ apd Ge  
liū mēini me legisse: Adde q cumcæ - ubi habitasse

constat illā uatem sunt haud procul a roma ut  
facilius potuerit illuc se e campania conferre lon  
go licet confecta senio. Dixi ex opinione & senten  
tia. Si quid tamen uerius Inuenero(dabo autem  
operam ut inueniam) ad te perferri curabo: non  
ut doceam. Sed ut satis faciam tibi: qui præcepto  
rem satis idoneum habes ad docēdum modo uos  
sitis dociles: nec doctorem ledatis: sed enim di  
scipulus magister(ut ait hic ronimus) si per negli  
gētiā suām præcepta eiusq; labores disperdat:  
de te autem id iam non ueremur: qui aliunde etiā  
q; a præceptoris armario doctrinām quæritas. Va  
le & in proposito persevera præsidium & dulce  
decus mecum: cui me pluriū commendo: Hā  
nibalem autem fratrem tuum & VISdominū  
præceptorem meo nomine salutare te uelim: uale  
iterum. Fuerunt hæc(ni fallor) pro responso festi  
nanter & ueluti tumultuariō more ad Guidonē  
oxarata. ¶ GVI. Immo ipsa eadem uerba pro  
ut scripta sunt: itulisti. ¶ HAN. Hæc sunt: quæ  
Blasius. ¶ GVI. Sūt quidem & (ut dixi) exp̄r̄sa  
uerba. ¶ HAN. Lætare Blasi: exulta Blasi.  
¶ GVI. Quid est? ¶ BLA. Exulto & lætor.  
¶ HAN. Bene arbitrat̄ es: iuste cœsuisti. ¶ BLA  
Amabo recte diiudicauit. ¶ HAN. Medi⁄s fidic  
us rectissime ut opior. ¶ GVI. Et tu ergo cum ea

Quomodo  
ledat magi  
strum disci  
pulus.  
Hierony.

existimas! **C**HAN. Quidni! Quandoquidem  
eam fuisse constet; Quæ & Cumeum ant̄ habi-  
tauerit & foliis oracula dederit! **C**GVI. Erras  
nimirum: si hæc uera putas. **C**HAN. Immo tu  
foedissime laberis si hæc nō putas uera. **C**GVI.  
Malo ego cum antiquis scriptoribus errare: q̄ te-  
cum bene sentire. **C**HAN. Multos decepit hu-  
iusmodi Insolentia: qui dum multos sectari se au-  
tumant consimilis duces erroris soli labuntur.  
**C**GVI. Quid uerbis opus est! Audi audi qui-  
bus rationibus Blasii ratiunculis responsum sit:  
& quibus usum argumentis: quæ quum infrege-  
ris ualidioraq; monstraueris tunc acquiescemos.  
**C**HAN. ædepol nil aliud expectabam: Audio:  
Dic. **C**GVI. Priusq; icipiā unū abs te scīf cupio.  
**C**HAN. Quid id ē! **C**GVI. Si me uis oīa ex  
ordīe recitare an quæ tm ad rē faciūt! **C**HAN.  
Scripsisti ergo & extra materiā aliqua! **C**GVI.  
Scripsi quædā (ut fit) i principio. **C**HAN. Scio-  
iuxta morem! **C**GVI. Ita. **C**HAN. Tuum!  
**C**GVI. Qui meus mos! **C**HAN. Vt & in ter-  
go scribas nec dū finias. **C**GVI. Ita oportuit:  
nam & me laudabat & meum probabat studiū.  
**C**HAN. Et qd tuis laudibus responderis audi-  
re cupio: dic seriatim oīa: nec litterullā prætermi-  
te. **C**GVI. faciā mō ualeat Memoria.  
Guido Blasio suo Sal. Tuas accepi līras & elegan

Nota mul-  
torum la-  
psus.

EPISTola  
Guidonis ad  
Blasium.

tes & cruditas & mihi ob id gratas & iucondas.  
**C**HAN. Nō ob id sanc gratas tibi. Sed ob adulationē magis ī te. **C**IVN. Nōli orōcm īterrūpe:  
Sie dicat: **C**GVI. Quib, mcū studiū extollis: &  
illd̄ ais te īplere bōa spe; Eas mox lras te semp red  
deſ doctiore: qđ si ita ē plurimū mihi placet: Si n̄  
ē placet tñ qđ de me prædicas: Laudari cni. & a  
laudato laudari cooptat qſq; ita scribēte hicrōy.  
ad Eustochiū. Naturali ducimur malo; Adulato  
rib, nřis libēter fauem; & qđ nos rñdeamus indi  
gnos: & calid, rubor ora pfudat: attn ad laudē suā  
ītrisecus aia lœtaf: ait diuus Augustius: nemo est  
tā ſact: q dulcedie ḡlia ē tāga f: & illd̄ idē: hāc ḡli  
am ardētissime dixerūt: pp hāc uiueſ uoluerūt: pp  
hāc & mori n̄ dubitauerūt: cæteras cupiditates hu  
ius uni, cupiditate presserūt: de Romāis dixit hi  
ſtoric. Ḡlia īgētē diuitias hōestas uoluerūt: Læ  
tatū mirabiliter legim, Demosthenē: qñ anus atti  
ca aquā ferēs ita alterci ſusurrauit: hic ē ille Demo  
ſthenes: nec mirum quia ut uerissime ait. M.  
Tullius) trahimur omnes laudis studio. Tu tam  
dū me laudas scite facis & prudēter: nam est hoc  
mihi maximū ad uirtutē incitāntū. Laudata. n.  
uirtus cr̄cscit (ait īgēuus poeta) & imēsum gloria  
calcar hēt. V̄ ex ut hoc mihi maxie placuit ita di  
ſplicuit illud nō paꝝ: qđ de Sibyllinorū libroꝝ au  
ctore cēſuisti cumcā existimās cā fuſſe anū: quæ

NO.  
Hierony.  
Delectario  
mnes gloria  
Augustius.  
Salustius  
DEmosthe  
nes lœtatus  
M. Tullius  
Trahimur  
oēs gloria  
Laudata ui  
tus crescit.  
O Vidiuſ.

Cumea Si-  
bylla

Cumea sæ  
pe pro Cu-  
mana.

Confutatio

Ouidius.

Mille ános  
vixit.

Tarquinium sc̄tur adisse: quod ridiculum est:  
Nam cum ea (Vt ex sententia Varronis receptissi-  
mi scriptoris monstrauimus) Antiquissima est:  
& in quarto Sibyllarum loco annumerata: Ex  
quo elicitur nimia sui ueritate ad tempora Tar-  
quinii non potuisse peruenire: nec quemq; (puto)  
reperies: qui afferat hoc si legitimus codex erit &  
& emendatus: nam apud multos mēdose scriptū  
inuenio Cumeam pro Cumanam similitudine  
nominis: Qualem in tuis litteris errorem puto  
inesſe ut non Cumeam uolueris dicere sed Cuma-  
nam: credibilius. n. & consentaneum magis est id  
de Cumana credere q; de Cumea - quum a ter-  
nario ad numerum septemnarium magna sit di-  
stantia: licet & Cumana Sibylla tarquinium ne  
quaq; uidere potuerit: quod ubi monstrauerimus  
liquido patebit falsum id ēē de Cumea: quod ar-  
bitraris. A usculta igitur attentius: & tuis meas ra-  
tiones confer: Si Cumana ea est: quam poetæ a-  
iunt Aeneæ Troiano in Italia ad Cumas oracu-  
la dedisse: id temporis septingentes agebat annos  
illa ita dicente in quartodecimo methamorpho-  
scos ad Eundem Aeneam.

Nam iam mihi sācula septem  
Acta uides: supereſt numeros ut pulueris æquē-  
Tercentum messes: tercētum musta uidere:

Vixit itaq; si illi credimus mille annos ut ui-  
uax merito dicatur & lugæua: Ab Excidio au-  
tem Troiano ad ortum urbis fuerunt cccxxxv.  
anni: ab origine urbis ad tempora Tarquinii su-  
perbi: qui septimus & nouissimus fuit Roma-  
norum rex: anni circiter ccxliv: quod omnium  
fere scriptorum monumentis patet. hunc nume-  
rum si bene computaueris reperies facere annos  
quingentos septuaginta noue: Nec ibis(puto)  
inficias xiii fuisse reges Albanos: & ibi ad prin-  
cipium usq; urbis dominatum fuisse. ccc. annis di-  
cente etiam poeta in primo:  
Hic iam tercentum totos regnabitur annos  
Gente sub hec torca.  
Concludet ex hac téporis supputatione Cuma-  
nam ad hoc ut Tarquinium uidere potuerit ne  
cessario uixisse annos circiter cclxx. quod  
haud quaq; credendum est: nec ipsa hoc referet:  
Cuius uerbis si fidem adhibemus Tarquinium  
non modo non uidit. Sed nec Romulum quidé  
urbis conditorem: Non me autem latet complu-  
sculos Virgiliana ductos scriptione: qua phœ-  
bo templum & Dianaë festosq; dies de nomine  
phœbi & Sibyllæ libris sacrarium promittitur  
his uersibus.

Tū phœbo & triuiaæ solido de marmore tépla

Mille annos  
uixit.  
Ab excidio  
Troiae ad  
ortum urbis.  
cccxxxv -  
annis.  
Ab origine  
urbis ad tar-  
quinium. cc  
xxiiii.  
xiii reges  
Albani.  
Virgilius.

Virgilius.

Instituam: festosq; dics de nomine phœbi:  
Te quoq; magna manēt regnis penetralia nřis:  
Hic ego namq; tuas sortes: archanaq; fata  
Dicta mæt genti ponam: lectosq; sacrabo  
Alma uiros: In hanc pedibus ire sententiam-ut  
proculdubio credant hanc Cumanam libros ro  
mæ in religione habitos scripsisse: Verum mihi  
quæso respondeant quo nomine appellaretur il  
la Cumana. Dicent scio nomé illi fuisse Amal  
theam quod & uarro & Isiodorus & fliqui om  
nes asserunt: At Virgilius suam appellat Dei  
phoben non Amaltheam. Et filiam Glauci-ut  
Deiphobe glauci: Cui rei astipulatur et Ouidi  
us. Liquet itaq; Cumanam Amaltheam non es  
se: de qua poeta loquitur: nomina enim non con  
ueniunt. Ex his igitur cocludere est Cumanam  
& tantominus Cumeam cū Sexto rege nūquā  
fuisse locutam: Quod dicis te legisse apud Ge  
lium falsum ē neq; n. satis bene meministi: nā  
q; Gelius libro primo noctium atticaꝝ refert qđ  
ad te supioribus litteris de illa anu scripsi: pro  
prio autem nomine non nominat: Quod ex lo  
corum uicinitate coniicis puerile ē & futile. Pri  
mo quia non campaniam incoluit Cumea sed  
Cumana: demum si id ita esse loci uicinitas de  
monstraret cur nō potius credam fuisse Tybur  
ten seu Tyburtinam nomic Albuncā: quū id

Gelius

Tyburtina  
nomine Al  
bunea.

oppidum romæ proprius sit: q̄ Cumæ in Campa  
nia sitæ. Quære igitur efficiatores rōnes & uali  
diora argumēta: mox in certamen redi: hannī  
bal frater & Visdominus præceptor tui sunt ua  
le. CHAN. Dixi. CGVI. Dixi. CIVN. Et  
me castor belle & argute. CHAN. Hui belle.  
CGVI. Dic tu melius. CHAN. Non potest  
melius. CGVI. At poterit a te: qui omnia po  
tes. CHAN. Non me hercule omnia tua tam  
ad eo potero attenuare ut corruant & ad nihilū  
redigantur. CGVI. Magna facies. CHAN.  
Maiora q̄ tu: penes quē montes parturierunt &  
natus est mus ridiculus. CGVI. Edes tu Ele  
phantos: enitere. CVIS. Dum iuicem iocami  
ni fugit hora: & nihil agimus. CGVI. Ita cō  
sueuit maḡ dum nō hēt quod respōdeat idque  
cogitat morando ad iocos minime utiles confu  
git: grādia pollicitū pudet & tedet. CHAN. ue  
ra ne hæc sint: mox expiere: quid ais? CGVI.  
Quod mō dixi. CHAN. Quid? CGVI qđ  
audisti nup. CHAN. qđ tādē? CGVI. Tādē  
hoc: nec Cumæa nec Cumanā libros regi attu  
lisce: & Blasiū ineptiū: habes me! Quid autē tu?  
CHAN. Ego uero & Cumæa & Cumanam li  
bros regi uenū dedisse: & Blasium recte censuisse.  
CGui. Ah. Ah. Ah. CHAN. quātūuis rideto  
qđ dixi pbabit. CGui. tu ne duas pbabis id cſte  
cſſe: qđ d̄ una testāt oēs! Et sol; cæteris 2tradices

Parturient  
montes.  
Edes Ele  
phantos.

Eii.

Erit profecto maxima Insania. CHAN. Sit  
Insania: Insanum uatem aspicies: Audi frater.  
Quicquid ad te Blasius fingo a me scriptum:  
& ad me etiam quod tu eidē scripsisti: ne id no-  
men sapientia Intercponatur quod uolo prorsus  
exclusum: Quid ais? GVI. Age Blasi Ine-  
ptiae tibi ascribantur. CHAN. Non erūt iam  
ineptiae: Ausculta. GVI. Ausculto: dic.  
CHAN. Et tu Blasi tace. CBLA. Tacco: au-  
dacter disere. CHAN. Attende praeceptor.  
CVIS. Attendo & aures erigo. CIVN. Mi-  
hi nihil. CHAN. Tu parietinas contemplare  
imagines. CIVN. Nec non. CHAN. Primo  
ut iam nunc propositi nostri conclusionem tene-  
atis enititur tota hæc disputatio demonstrare  
Cumcam seu mauis Cumanā dicere eos Tar-  
quinio libros uendidisse: quas mox Romanis ū-  
ma religione atq; obseruantia custodierunt: ad  
quosue quasi ad oraculum quindecim uiri adi-  
re consuecrunt: quoties dii immortales publi-  
ce consulendi erant. GVI. Eandem igitur pu-  
tas esse Cumcam & Cumanam? CHAN.  
Eandem ædepol puto. GVI. Et in hoc cōtra  
dicis. M. Varroni. CHAN. Et in hoc & i ple-  
risq; aliis. GVI. Latinorum & græcorū cru-  
ditissimo. CHAN. Et reliquorum etiam si pla-

cet omnium. **C**GVI. Porco litteras: **C**HAN  
Non porco. Sed homini: nulla enim laus est la-  
bcm in porco annotare: & id animal in coeno in  
uolutum superare. **C**GVI. Vide quid dicas-  
aut facias. Quippe dum Varronis scripta re p-  
bas. ac destruis. Hieronymi Lactantii Augusti-  
ni aliorumque scriptorum innumerabilium: qui  
bus plane & uitæ sanctimonia & multiuga eru-  
ditione credendum est. scripta reprobare atque  
destruere est necesse: qui illius testimonia passim  
citant. **C**HAN. Esto citent: non tamen semp-  
admittunt: Quin immo plerumque Augusti-  
nus eum errare & sibi ipsi contradicere ostendit  
in libris de Ciuitate dei. **C**GVI. Verum est: Sed  
errat plerumq; ergo semper. **C**HAN. Non sem-  
per: potes tamen illum in hoc fateri errasse: que  
miles deprehendis errasse. **C**GVI. In quo?  
**C**HAN. In Sibyllas anotamentis. **C**GVI.  
Verum est: fatebimur. Ergo ita erit: quia ita esse fu-  
erimus fassi. **C**HAN. Non quia fuerimus fassi  
ita erit. Sed ita erit: quia ita est. **C**GVI. Osten-  
de ita esse. **C**HAN. Ostendam: Sed sine prius  
dicam quod uolo: & obiecto errore me purgem:  
**C**GVI. Sino. Dic purga: **C**HAN. Tu iccir-  
co aliam putas Cumcam: & aliam Cumanam:  
q; haec septima dicatur a Varrone. illa quarta:

Varro por-  
cus litteras

**C**GVI. Sic est. Nō tamē me solus Varro. Sed & alii quam plurimi scriptores idem dictantes mouent. **C**HAN. Ipse nullā inter cumcam & cumanā discretionem facio; & eandem esse Sento Cumanam. quod Cumeā tu sentis. **C**GVI Non erunt hoc modo. x. Sibyllæ. **C**HAN. nō erunt in quo: quod & tu mox me disputante cognosces: plures. n. q̄ decem inuenimus Sibyllas Et eas non esse. x. numero Varronianis declarabimus uerbis: quas sub codē numero idem varro distinxerat: ut itelligas sibi ipsi disentire Varro; & cā esse ueritatis naturam. ut diutius nequat in tenebris existere. **C**GVI. hoc ē. quod audire coopto. **C**HAN. At scriatim dicantur: & pedetentim procedamus. Age. sint hæc diuersæ: fuerint duæ Sibyllæ: & altera alterā præcedens altera uictus. bene dixerit Varro. Quis tamen uetat: quæ prohibet latinitas non licere a Cumis deduci hæc duo Cumeum & Cumanū Et qua ratione tu tuam appellatas Cumanam: me eandem posse Cumeam nominare dicente poeta nostro: Talib; ex adyto dictis Cumea. Sibylla horrendas cāit ambages. Item huc ubi de latus cumeā accesseris urbem: apud quē poetam aliosue inumerabiles scriptores multa id genus legere est. Dum itaq; cumeam scribo: non erro: rē puta quale i lris nr̄is cōfinxisti (nr̄as enim (ut

A Cumis,  
Cumea &  
Cumana.

Virgilius:

dixi) uoco: quas Blasius scripsit) Sed me scito cu  
meā appellare - quā tu cumanā nūcupas nulla  
prorsus noīs aut psonæ differentia. **C**GVI. O  
ptime quæ dicis. p̄cipio: & id ita cē non inficior  
nā incruditi satis ingenii cēt. nolle ab eodem no  
mine cumcum ita quēadmodum cumanum de  
riuari: Attamen alia cumea ē apud Varronem  
& alia cumana. **C**HAN. Paulo supra Errasse  
Varronem diximus. qđ subinde probabo: Sed  
prius sine me perficere quod uolo: & tuas argu  
mentationes cōfutār. **C**GVI. Age libenter si  
no. **C**HAN. Eho libros: de quibus est præsēs  
sermo credin ab aliqua Sibyllarum exaratos:  
**C**GVI. Quidni credam: neq; enim aliter Si  
byllini nūcuparentur: **C**HAN. A qua iḡ pū  
tas! **C**GVI. Procul dubio ab illa anū: quæ illos  
uēdedit. **C**HAN. Fuit hæc una Sibyllarum:  
**C**GVI. Fuit imo. **C**HAN. quænā iḡ fuit:  
**C**GVI. nescio hoc n. ē qđ abiguus diligenter  
iuestigo. **C**HAN. cēsen fuisse hæc p̄sicā: de qua  
Nicāor ut aīs: **C**GVI. Nescio. **C**HAN. mit  
te qđ nescias: & de quo īterrogaris respōde. credi  
hæc cē quæ dicis primam' **C**GVI. Haud scio.  
**C**HAN. Immo scis. **C**GVI. O rem Ridicu  
lam uult hic me scire: qđ nescio. **C**HAN. Me  
hercule ridiculissimā nescit hic qđ cēseat aut opī  
net. **C**GVI: qđ tū: **C**HAN tuis uerbis cōuicēd,

Subtilis &  
obliqua pro  
batio.

Antisthe-  
nes:

**C**GVI. Meis: **C**HAN. Tuis. **C**GVI. Sine  
te bene contempler. **C**HAN. Quid spctas?

**C**GVI. Hannibal ne sis: an factus Antisthe-  
nes: quem aiunt suis acutissimum: & ex suaui-  
tate colloquii quemlibet ccepisse: & quo uoluisset  
traduxisse. **C**HAN. non Antisthenes: sum hā  
nibal. Vinceris inq modo hannibali respōdeas.

**C**GVI. Mihi illud facile est. **C**HAN. Immo  
tibi facillime: si uno sc̄mp utcris uerbo. Dic utra  
sit Antiquior persica an Cumana. **C**GVI. Per  
sica nimis longo interuallo Cumanā præcessit.  
utpote prima septimā. **C**HAN. Ago diis gra-  
tias: q̄ hoc sciusti. **C**GVI. Sciam & aliud: se-  
querē. **C**HAN. Cumana iccirco posterior tem-  
pore est: quia posteriori numero collocatur: di-  
cis ne hoc. **C**GVI. Scio quo euadas: Perge.

**C**HAN. Iam scire incipis: placet: Si ratio tem-  
poris: & annorum suputatio obstat: quo mīus  
Cumana Tarquinium uidere potuerit: nec illū  
plane potuerit Persica: ut pote longe antiquior:

**C**GVI. Verum est: **C**HAN. Itidem nec Li-  
byca secunda: nec Delphyca tertia: nec Cumea  
quarta. **C**GVI. Dubio procul ita ē. **C**HAN.

Tantundem de Erythrea quinta: & Samya se-  
cta. **C**GVI. Tantundem. **C**HAN. Restat ita  
q̄: ut uel hellespontica fuerit: uel Phrygia: uel

Tyburtina. **C**GVI. Restat. **C**HAN. De hel  
lespontica nequaq̄ est credendum. **C**GVI. cur  
non! **C**HAN. Potuisset ne tremens anicula ex  
uico Marmesso circa oppidum gergithecum in  
agro Troiano ubi nata est. Si tuo Varroni cre  
dimus in Italiam uenisse! **C**IVN. Nō potuis  
set anus & fœmia. **C**GVI. Quid tu soror? mi  
hi aduersaris. **C**IVN. Te sic omnino sciebam  
responsum: nec quod uerum est negari pót.  
**C**GVI. Dixi dudum magnum esse subsidiū  
tuū. **C**HAN. Mecum loquere frater. **C**GVI  
Tecum loquor: est ut dicis. **C**HAN. Idem aio  
de phrygia: quā Ancyra uaticinatam dicunt.  
**C**GVI. Necessario coniectamus fuisse Tybur  
ten nomine Albuncam. **C**HAN. Nec ea qui  
dem potuit. **C**GVI. Debet potuisse ad hoc ut  
una fuerit Sibyllarum. **C**HAN. Non potuit.  
**C**GVI. Quār. **C**HAN. Legi ego & itidem  
te legisse autumo: Octauiuū Augustum olim:  
quum ipsum romani deificandum adorandum  
q̄ censerent: quandam consuluisse Sibyllam:  
quæ post triduanū Ieiunium respondisse fertur  
Iudicii Signum tellus sudore madescet.  
Et reliqua a diuo Augustino. xyiii. de Ciuitate  
dei relictæ posteris. Quos sane uersus septem &  
uigenti numero hunc sensum in primis litteris

Marmessus  
Vicus.  
Gergitheū  
oppidum.

Sibylla q̄  
dam ad Au  
gustum.

Augustius.

Flactianus.

Templum  
Mariæ in  
ara cœli.

A Tarqui-  
nio ad Au-  
gustum an-  
ni. dxxxviii.

si græce legas reddentes Iesu Christus dei filius saluator licet Flactianus vir facundissimus Augustino dicat fuisse Sibyllæ Erythreæ : alii Cumanæ magis credant ut idem ait plures tamen asserunt fuisse Tyburtinæ in Augusti conspectu prolatos. In cuius rei memoriam templū sub titulo Sanctæ Mariæ Virginis in ara cœli ædificatum fuit: quod & nunc romæ uidere est. hanc ego arbitror fuisse Tyburten: quod si tu fueris iniciatus aperte declarabis plures q. x. fuisse Sibyllas: & tuo Varroni per te dissentire incipies: Quid ais? ¶ GVI. Esto fuerit Albunea quid tum? ¶ HAN. Tum hoc Si hæc Albunea tempore Tyranni scnio Confecta erat. Quo nam modo potuit Augusto Consuluisse ad quem fuerūt ab Tarquinio annis circa quingenti. xxxviii. ut & me historiarum cognoscas non indiligenter studiosum. ¶ GVI Et hoc Credemus esse verum. ¶ HAN. Cres des itaque neminem Sibillarum scripsisse quos putabas libros: ¶ GVI. Qui credam? ¶ HAN. Nam ex hac tota raciotinatio mea id ellicitur. ¶ VIS. Verum ē: ¶ IVN. Ita est. ¶ BLA. Vel insulsus id cognoscet. ¶ GVI Irretitus teneor nec quid dicā

scio: Vnum tamen scio hanc anum ab omnibus Sibyllam fuisse existimatam: Ita fatentur qui hanc scribunt historiam: libri Sibyllini nū cupantur: hos constat romæ in summa religione habitos. **C**HAN. Constatit & mox Varronem parum accurate de Sibyllarum numero scripsisse: & cunctos duxisse in errorem: qui eius scripta sectatis sunt: **E**nim uero licet plurimi & maximi auctores Sibyllas tradiderint græcorum Aristarchus & Apollodorus Erythreus: nostrorum Fenestella. Varro tamen semper primus est: **Q**uem Hieronymus Augustinus Lactantius & omnes denique historici ac grammaticæ citant. **V**bicunque de Sibyllis contigit Scribere. Citant inq. non autem indubitate id totum affirmant quod scribit: Et si qui forte sunt: qui id efficiant labuntur pariter. Nec ideo mirare q. & latinorum & græcorum peritissimus errauerit quum homo esset: cui proprium est errare. **Q**uandoque enim bonus dormitat Homerus: **Q**uod ut uerum sit aduerte: Si omnes foeminæ uates uel ab unus delphidis nomine uel a consiliis deorum enunciatis Sibyllæ a ueteribus nuncupabantur Iudicio Varronis ut reliquos impñtiaꝝ omittā

aristarchus  
Apollodo-  
rus.  
Fenestella  
Varro.

proprium  
hominis er-  
rare.

- quonam modo omnes deccmnario numero oc-  
cluduntur quum & filia priam Cassandra di-  
uinum senscrit furorem de qua illud extat.  
**Cassandra.**  
Sæpe mihi tales casus Cassandra canebat.  
Et illud Ouidianum.  
**Ouidius.**  
Hæc tua (nā recolo) quondā germana cāebat.  
Sic mihi diffussis Vaticinata comis?  
Quæ res fecit ut phœbas diccretur. Ouid.  
**Silius.**  
Taq; Mycenæo phœbas amata duci. Silius.  
Tibi barbara soli.  
**Ocyroe.**  
Sanctius iliaca seruata est phœbade Virgo.  
Quum idem contigisse credatur etiam Ocyroe  
Chyronis filia dicente ingenioso poeta in secū-  
do præclari operis.  
**Ouidius**  
Ergo ubi Vaticinos cōcepit mente furores:  
Incaluitq; deo: quem clausum pectore habebat?  
**Nicostrate**  
Quum Nicostrate inter Enthcas hoc est deo  
plena. Euandri mater annumeretur. & a canē  
dis carminibus carmēta cognominetur: ut Plu-  
tarchus in Vita Romuli asserit: de qua illud  
in primo fastorum.  
**Ouidius**  
Quæ simul æthereos animo conceperat ignes.  
Ore dabat pleno carmina uera dei.  
Et illud in octauo æncidos.  
**Carmenta.**  
Matrisq; egere tremenda  
Carm̄itis nymphæ móita. & dc; auctor apollo.  
**Virgilius.**

Et parum infra. Quam memorant nymphæ  
priscū Carmentis honorē Vatis fatidicæ ceci-  
nit quæ pria futuros Aeneas magnos & no-  
bile pallanteū. Scio qd paratus es dicere fabu-  
losa. s. poetarū esse figmenta. ¶ GVI. Ita me  
dii ament ut hæc cogitabam r̄ndere ¶ HAN.  
Non eo inficias ita esse & uaria poetas fingere:  
Sed tamen Cassandra meminit cōtra Iouinia  
num Hieronymus. Audi insup quæ Diodor,  
quinto bibliothæcæ refert de quadā Daphne  
filia Tyresiæ thebani uatis. Tyresiæ filiam Da-  
phnen postea quū uictores cepissent in delphos  
uoto suscepto misere oblationem deo: Ea diu-  
nādi artem edocta in delphis degens multo ma-  
buisset: plus cæteris quidem omnibus in ea pro-  
batione pollere: Et reliquos Omnes facile im-  
dire posset. horum Potestas fuit sacrosancta in  
uiolabilis: formidanda: De qua nobis pro Lo-  
co & tempore satis Dictum existimo. Plura  
Cognoscere cupientibus: plura Labconis An-  
tistii Iuris peritissimi explicabit sententia. Au-  
diuistis de Origine ac potestate Tribuno-  
rum. Nunc ad Studium & Vigilantiam ho-  
rum transeamus: Qui iam Magistratu fun-  
cti sunt: & quod egrunt Laude dignum breui-  
ter & Aperte prout ingeniali dabitur facultas  
& leci tuisq; cōmoditas & oportunitas patietur

. T. littera a  
tergo.

Atticulus.

Labeo An-  
tistius.  
Tarnsatio.

Biscontia  
annales  
Attētio cū  
bñuolētia .

Pittacus un  
us e Septem

Principar  
Viros ostendit.  
Repetitio

aperiamus: ut dignitatem hanc Incuntes præ-  
decessorum normam æmulari & uestigia pos-  
sint imitari. Vos autem Viri integerrimi quæ-  
admodum hucusq; fecistis humanissimas an-  
res uestras mihi præstate, res enim ut utilis est  
ita breuis admodū. ¶ Pittac⁹ Mithilencus ille  
e Septem Græciæ Sapientibus unus : Ille in-  
quam Pittacus Viri Clarissimi: qui A Mithile  
nensibus Principatu decoratus quum illum de-  
cem annis tenuisset; remque publicam præcla-  
ris constituisset ordinibus; se ipsum sponte ma-  
gistratu abdicavit : Dicere solebat Magistra-  
tum Viros ostendere: quam sententiam hoc p-  
ximo Tribunatu potuimus unusquisq; depræ-  
hendere. in quo hui⁹ Tribuni nuper Dignitate  
defuncti tanta solertia tanto studio tanta ui-  
gilantia tanta aequitate tanta prudentia: quæ  
fas erat: peregerunt: quæque eos decebat tracta-  
uerunt: ut nemo inter tot Ciuci atq; Extros nec  
hii qdē: quos magnis atq; atrocibus poenis iure  
afficerunt: conquisti sint. Dederūt iprimis ope-  
ram ex quo dignitatem inierunt: ut Consulib;  
aliisq; magistratib; annexi cōcorditer atq; una-  
nimiter agenda agerent: omittenda uero omit-  
terent. Vii sane fuerunt (quod neminem uestrū  
præterire censco) his adiutoribus cæteri Magi-

stratus ad res quam plurimas obscundas: & ex  
illorum consilio non pauca administrarunt to-  
ti Ciuitati & populo conducibilia. Cæterū ani-  
maduertentes Nihil melius aut utilius quā be-  
ne pascere. contra Nihil miserabilius atq; peri-  
culosius quam esurire. pro uiribus semper cona-  
ti sunt ut Ciuitas rebus necessariis afflueret. &  
nulla fame uexaretur: in qua re peragēda adeo  
fuerunt diligentes & circunspicti ut quum Cæ-  
teræ totius Iraliaæ Vrbes annonæ penuria diu  
Laborarint. Sola Bononia suo populo uictum  
semper ubertim afflatimque suppeditauerit. Si  
qui fuerunt in Ciuitate uarii generis homines  
complexa: qui fæda quadam auaritia atq; insa-  
ciabilitate ducti ingentia furmentis precia ex-  
quirerent famemq; in populo expeterent effe-  
runt eppido quā diligentissime ut illoꝝ iprimis  
horea populo paterent: plebiq; ad uictum neces-  
saria suggicerent: quæ res profecto ut utilis ita  
honesta erat. Neq; enim alio cruciatu ac poena  
afficiundi sunt tales Vrbibus perniciosissimi: q  
ut uel largiri cogantur uel precio uili ea uende-  
re: pro quibus maximum exposcebāt. In exigen-  
dis uero atq; plectendis furibus non cōtentī præ-  
toris officio ea sæpe usi sunt potestate ea celeri-  
tate: qua pollut: quaq; formidantur: scientes et

Nihil me-  
lius quā be-  
ne pascere.  
Nihil peri-  
culosius q  
esurire.

Factū qd  
dam lauda  
bile.

Sententia  
Color.

q otilla T  
Chayoller  
mpt

**Magistrat⁹  
popularis.**

se esse magistratum popularē - se populares dederunt & plebicolas: pro populo semper ex- cubarunt: populi cōmoda pro uirili parte deflē derunt - & ita deflenderunt - ut palam testatur populus se nunq̄ quietiorem fuisse: nunq̄ lātio- rem q̄ hoc æquissimo uigilantissimoq; tribuna tu: Cuius tempore nulla fames plebem inuasit nulla seditio exorta est: nulla prodiit simblas & contentio: sed tota Ciuitas omnīsq; populus uitam duxit paccatissimam fælicissimamq; ho- rum Ianuæ more maiorum die noctuq; patue- runt - ut portus & refugium Laborantibus nus- quam decessit. In Vrbe uero exornanda - expur- gandis emundandisque cloacis - redigendis in- certum ordinem ædibus - dirrigendis uiis & sili- cibus sternendis - ueteribus ædificiis restauran- dis - nouis etiam ædificandis solertissimi fuerūt & uigilantissimi: circa quæ nulli unquam labo- ri pepercissent. Postrem multa corum præclaris- sima opera in medium afficeret. quæ quia notissi- ma sunt omnībus - & nostram in lōgum nimis protraherent orationem: silentio inuoluam: & ad reliqua: quæ proposuimus: utiliora & iucon- diora properabimus. Audiuitis Tribunorum originem - & istorum in Tribunatu suo diligēs studium: Nunc quātum debeamus nostro lo-

**Occupatio-  
nacita.**

**Trāsitio p  
epilogatio-  
nem.**

ni Bentiuolo paucis cognoscite: & quædam eo  
animo ea attentiōe eo deniq; amoſ audite: quo  
ipsum Prīcipem amplexam ini: quibus strictim  
& succinēte dictis finem dicendi faciem.

**C**Philosophi: qui proculdubio multa scisse ui-  
si sunt Viri ornatissimi: & imprimis Diuinis-  
simus Plato & Aristoteles ille: qui miraculum  
quoddam fuit in natura. Plures tradiderunt re-  
rumpub. species Monarchiam Scilicet quando  
Rex unus cuncta Moderatur: Aristocratiam  
quando optimates. Democratiam quando po-  
pulus: Oligarchiam quando pauci: & Tyrani-  
nicam administrationem: Quos omnes sta-  
tus Romana respub. diuersis olim tempestati-  
bus experta est. Etenī auspicata a Romulo sex  
Regibus tolerandis quidem paruit: Mox Tar-  
quinii superbiam & nefandam tarquiniorum li-  
bidinem exosa statum Tyrānicū adeo execrata  
est: ut eo Rege exacto nomen etiam regium p-  
hibuerit nominari. Trāsiuit dein ad Aristocra-  
tiā a Patribus administrata: ex qbus duo Cō-  
sules singulis annis electi annum tenebāt Im-  
perium. Mox plebs ipsa suos uoluit Magistra-  
tus: & quasi Democratiam fecit. Oligarchiā si-  
bi & uidcrunt & percessi sunt. Ro. sœuissimis té

Attētio cū  
Beneuolē-  
tia.

Plato?  
Aristotele  
Mōarchia.  
Aristocra-  
tia.

Democra-  
tia.  
Oligarchia  
Tyrāica ad  
ministratio  
Targnus  
Superbus

Nomen re-  
gium a ro-  
manis exe-  
cratum:  
Consules.

Marius.  
Sylla.  
Pompeius  
Cæsar.  
Crassus.  
Nero.  
Domitiāus  
Bononia  
olim felsina

Bononia  
latina Col-  
onia.

Guelphos  
& Gibelli-  
norū factio

poribus Marii & Sillæ. itidem Trium Viro-  
rū Pompei. Cæsaris & Crassi: & presertim sub.  
Imperio Neronis. Domitianī & aliorum Im-  
peratorum Crudelissimorū: Bononia uero hæc  
nostra Vrbs uetustissima & Præclarissima: q  
oli Felsima quum Caput esset totius hætruriæ:  
mox a Boiis gallorum populis boionia: post-  
remo Bononia dicta est. multa a Romanis &  
i Creandis Magistratibus & in repub. guber-  
nāda uidetur accepisse. nec iniuria quū. M. Ful-  
vio & C. Manlio Consulibus Latina Colonia  
deducta fuerit. Sed inter cætra Bononiensibus.  
Ro. uariam mutabilemq; statum & incrtā rei  
pub. speciem quasi Munus hæreditarium uide  
bātur tradidisse. Nec minus nostri Maiores. q  
Veteres. Illi. Ro. quinq; prædictos status diuer-  
so temporis processu passi sunt: & modo Demo-  
cratiam modo Aristocratiā uiderunt plerū-  
q; Monarchiam senserunt: identidem Tyrāno-  
rum sæuissimis uel nolentes paruerūt Imperiis  
Quis enim uel a Maioribus suis non audiuit  
Vel in Annalibus non legit Viri Spectatis  
simi. Bononiensium olim duas Guelphos & Gi-  
bellinos perniciosissimas factiones: quæ nomi-  
na sediciosissima totam iam polluerāt Italiam:  
maxima discordia odioq; Capitali hinc ide exa-

gitatas cædibusq; peractis innumerabilibus &  
quamplurimis ædibus incædio consumptis tā-  
dem inter se conflixisse: & co prælio hominum  
circiter quattuor millia fuisse Occissa: Gibelli-  
norum autem xii millia Vrbe expulsa bello ta-  
men atroci Ciuitatem obsediisse ut quū resistere  
furori nequiret Nicolao Tertio Pontifici Maxi-  
mo se dederit imperitandam: sub quo Ecclesiæ  
dominio annos mansit xxvii. Mox excitante se  
ditionem quodam: qui hic legationis fungeba-  
tur officio: se in libertatem ascivit. Verum pau-  
lo post quum Romcus ex pepulorum noblissi-  
ma familia oriund; ad Imperium aspiraret: &  
cum proximis & clientibus exactus a passarino  
Mantuanorum domino præsidium accepisset:  
quo patriam Ciuitatem uallauit & populum  
turpi fame ac bello diutino uexauit: Coacta ite-  
rum Bononia ē in Ecclesiæ manus deuenire: quo  
Ioannes Vigesimus secundus Pontifex Beltran-  
dum pongetum hostiemsem Cardinalem missit  
legatum. Is est: qui iuxta portam nomine Gale-  
ram Munitissimam arcem extruxit: Cuius in  
hodiernum usq; diem uestigia apparent. Paucis  
post annis quum in libertatem rediisset popu-  
lus Bon. duæ præpotentes factiones hinc pepu-  
lorum. Illinc Gozadinorum insurrexerunt. Pe-

Quattuor  
milia homi-  
num occisa  
Nicolaus  
Pontifex  
Bononia in  
dediicōe ec-  
clesiæ.

Romeus pe-  
pulus.

Passarinus  
Natus.

Ioannes pō  
tifex.  
Beltrandus  
pongetus.  
Arx ad por-  
tam gale-  
ram.  
Pepuloru&  
Gozadino  
rum factio-  
nes.

Tadeus pe-  
pulus.  
Ioannes La-  
cobus pepu-  
li.

Vrbs uen-  
dita.

Maseus Vi-  
cecomes.

Ioānes Vo-  
legiensis.

Repetitio .

Bernabos  
Galeatius  
Vicecomi-  
tes.

Vrbs in po-  
testate ecclē-  
siæ.

In libertatē  
Primi Tri-  
buni plebis.  
Pestilentia  
generalis.  
Zábecharii  
Maltrauer-  
si.

Ioānes Ben-  
tiuolus pri-  
mus.

pulanæ autem partis princeps Tadeus expul-  
sis & fugatis Gogadinis se dominū creauit: do-  
minatusq; est annis. x. Cuius filii Ioannes & La-  
cobus nequaquam parenti similes Vrbem cui-  
dam Archiepiscopo Vicecomiti uendiderunt:  
quo mortuo Maseus Vicecomes in Regno suc-  
cessit. Is ad huius Vrbis gubernationē misserat  
quemdam Ioannē Volegiensem uirum Crude-  
lem & sanguinarium: qui decedente e uita Ma-  
seus Imperium occupauit Bon. Hinc bella exor-  
ta: hinc discordia: hinc cædes passim per omné  
agrum Bon. factæ per Bernaboucm & Galeatiū  
prædicti Masei filios. Vnde Vrbs uariis affe-  
cta cladibus & ruinis quassata in potestatem re-  
diit Ecclesiæ: sub qua diutius nō stetit: Nam ut  
Libertatis semper fuit cupidissima & amantissi-  
ma in cam se cōfestim uendicauerat: quā. xxiii.  
annos tenuerat quando primos plebis Tribu-  
nos creauit. Tunc uniuersa & generalis pestilen-  
tia totum fecerat Orbem fædislma contagioē pol-  
luerat: qua tempestate Zambechariorū haud  
debilis factio depressa est: Maltrauersorum au-  
tem expulsa. creatusq; Bon. dominus Ioānes Bé-  
tiuolus primus: qui parum fauste tenuit Impe-  
rium. xv. menses. In libertatem mox redacti no-  
stri Maiores transierunt citissime in Ditionem

Io. galeacis  
Maria.

Status tris.  
xxiiii. horis:

Arx portæ  
galæræ re-  
staurata .  
loānes pon  
tifex. xxiiii.

Pōtifex ex  
auctoratus.

Xvi. uiri cre  
auit.

Hānibal bē  
tiuolus occi  
sus a Cane-  
dulis.

Ioannis Galeazii Mariæ Vicecomitis Mediola  
nensium Ducis. Et sic interuallo xxiiii. Hora-  
rum (quod sc̄e incredibile est immo miserabi-  
le) tres status tria Iuga. tres Dominos sibi im-  
perantes uiderunt Maiores nostri. Nec multū  
post nostræ Republicæ administrationem &  
Vrbis gubernationem rursus tenuit Romanus  
Pontifex; Et id temporis: Quæ cœrsa iacbat:  
Restaurata est Arx portæ Galeræ. Cæterum  
pontificatu Ioannis. xxiiii. Et iterum libertati re-  
stituta est: Et iterum scrututi reddita Reducen-  
da iterum in librum uiuendi statum: Quādo  
Præfatus potifex pontificia Dignitate priua-  
tus Concilio Constantiæ exauktoratus est. Is  
enim in hac Vrbe nostra: ubi potius dominus  
quam legatus erat: pontificatum potius uiolen-  
ter usurpaerat quam liberis suffragiis asump-  
serat. Tunc Libera Vrbs xvi. Viros creauit Sta-  
tus & Republicæ nostræ reformatores: quibus  
ad libitum omnia gerentibus nullum tranqui-  
liorem stabilioremque statū nacta plerumque tñ  
labascebat. Quandoquidem. XYiii. Annorū  
spatio bis scrututē Romanam passa est bis ī li-  
bertatē ascita: quo tpc nouissiuo Hānibal Ben-  
tiuolus Vir pietate Cōsilio Equitate prudētia

Iacobus po-  
diushistoria  
rū scriptor.

Nulli postponendus Sæuissima Canedulo  
ruim conſpiracione truculenter Occiſſus iacuit.  
Quæ omnia aliae notatu dignissima & ſitu  
utiliſſima nō minore fide-ç ſtudio-labore-& di-  
ligentia lucubrauit-& ſuis Signauit Annalib,  
& Cronicis Vir ſtudiosius & rei pub. utilis Iaco-  
bus podius: quas ſane historias licet necdū no-  
uiſlimam manum habētes-& quæ noſtra tem-  
peſtate fiunt expetantes: Quicunq; tamen lege-  
rit ueriffime & apertiffime cognoſcet incredibi-  
lem maiorum noſtrorum in repub. fuifſe muta-  
bilitatem-admirandam ſtatus inſtabilitatem-  
lugendam conditionis fortunam: quæ omnia  
deſtitu regentium & gubernantium uel ſacri-  
tia uel imperitia liquet cōtigiffe. Quum tamē  
maiores dico ornatiffimi Conciues: non illos an-  
tiuiffimos Intelligo: qui nos Longiſſimo tem-  
poris Interuallo præcesserunt: Scd qui nobis p  
pinqui: & Noſtræ ætati parentumque pro-  
pe noſtrorū temporibus fuerunt cōtigui. Nam  
ſi Volumus priorum proauorum geda recor-  
dari: eos inueniemus catenus finiti mis fuifſe ter-  
rori-quatenus unanimiter inter ſc & cōcorditer  
uixerint. hoc ſciūt Mutinēſes: quos ad uadum  
Valerianum maximis affecit cladib; populus  
noſter. Sciunt Nonnatulenses: quos in deditio-

Mutinēſes:  
Repetitio  
Nonnatu-  
lenses.

nem olim accepimus. Sciunt Claternates summo in nos ex ardentes odio: qui post acerimā obsidionē patribus nostris se dedcre coacti sunt. Sciunt Ceruienses: quos in nostrā olim redigimus p̄tātē. Scit deniq; flaminia ipsa & æmilia: quarum maximam partem uirtute propria & arte bellica ditioni nostræ subiectam fuisse legim. Quid autem dicam de Bello illo: quod Ķ Venetis liberā mari adriatico nauigationē prohibentibus per triennium ad padi hostia fortiter & gloriose gessim? Quid de illa celebri Victoria de Bernaboue Mediolanensium principe habita. Quid de captiuitate Entii Sardiniae regis Federici Secundi nepotis uel ut alii uolunt filii? Qui iusto prælio p̄ pres n̄os uictus capt⁹ & in Vrbem ductus fuit: asservatus Custoditus que honorifice duos & xx. annos ad ultimum usque obitus sui diem in ea prætorii parte: quæ in hunc Vsq; dicim ab Entio rege de nominatur? Nonne ista & multa præterea alia ostendunt quantum armis Valuerit populus Bononiensis quantum opibus & ditione Concordia creucrit administratorumque reipubliæ consilio & pruētia. E cōtra q̄tū p̄diderit discordia & præsiden tiū temeritate. Ut uerū cēsciamus & fateamur tales futuros Ciues quales Ciuium sunt rectores:

Claternatē

Ceruienses  
Flaminia.  
Emilia.

Bellum cū  
Venetis.  
Victoria de  
Bernaboue

Entius Sar  
diniæ rex  
captus.  
Pretorii ps  
ab Entio di  
cta.

Concordia  
res crescunt  
Discordia  
dilabuntur.  
Tales subie  
cti- quales  
principes.

Ioānes Ben  
tiuolus secū  
dus.

Repetitio :

Similit de  
sinens .

Lucanus :

a quibus Profecto Ciuitatum fortuna dependet  
& rerum publicarū status & qualitas. Q uod in  
Vrbe nostra considerantes quid nūc sit. Quid  
olim fuerit. depræhendet nō esse a Veritate alie  
num. enīm uero postquā nobis (puto diuinitus)  
traditus est Ioannes Bentiuolus Secundus : de  
quo satius s t tacere quam pauca loqui: Omnia  
simul cum fortunæ instabilitate mutata sunt :  
nec annis tot iam lapsis - ex quo Bononia - Bono  
nia est - quisquam aliis tanta felicitate tāto aus  
pitio - tanto numinum fauore Vrbem rexerit: pri  
cipatum tenuit. rem pub. administravit: Quæ  
omnia nulli iam dubium sit Virtutibus & ani  
mi præstantia potius geri quam flagitiis - ut fal  
sa appareat Photini sentētia apud ptolomeum  
ægypti regem.

Excat aula

Qui uult esse pius: Virtus & summa potestas  
Non cocunt: semp metuit: quē satua pudebunt.  
Nam quem unquam scriptorum monumentis  
legimus: aut uidimus Viri præstatiſſimi cum  
Ioanne Bentiuolo comparādum: Cuius Virtu  
tes: Cuius aī bōa explicāda n̄ puerillē ruditatē  
sed fluuium Tullianæ eloquentiæ - sed torrentē  
Demosthenis Facundiam exposcerent. Debet  
imprimis bonus princeps: qui proculdubio ab

omnipotentissimo rerum omnī conditore dō  
constituitur ut illius nutu ac Iussis Cāteri ob-  
tēperent esse religiosus deique maximi & opti-  
mi cultor ita dicente peripateticorum principe  
Principes deicola esse debet quia minus timent  
homines iniustum pati a principe si deicola ip-  
sum putant esse Item De regimine principum  
Idem philosophus ait Tunt solent homines ti-  
mere regem qñ uident ipsum timere deum. Ti-  
mor dei in Causa c̄st ut agenda agamus uitan-  
da uero fugiamus. Quanta autem sit principis  
nostrī religio uel hoc manifestarium prebet ar-  
gumentū q̄ Sacerdotes & diuersorū ordinū reli-  
giosos cct̄ fouet amat colit uenerat. Tēpla ue-  
tustate collapsa magnis sūptib; restaurat diuer-  
sa quotidie dcorū loca frequētat sacrī & solēni-  
b; ceremoniis studiose iterē q̄s curat ut oī scīmo-  
nia ac puritate cōficiāt. Aiūt p̄hi & Etnici & Ca-  
tolici q̄tuor p̄cipiales cē uirtutes iustitiā prudē-  
tiā fortitudinē tēperatiā q̄ ad optimū principē  
formādū necessariæ s̄t q̄a rectorib; Vrbiū cultæ  
& possessæ respub. cōseruāt. Ciuitates tutāt. Im-  
peria aplificāt. Sine iustitia (Inqt Augustinus)  
Reges Tyrāni nūcupāt. Iustitia (Inqt. M. Tul-  
lius uerissim) oīum ē dñā & Regina uirtutū ad  
q̄ nos esse natos intelligere debemus. hanc aicbat

princeps re  
ligiosus esse  
debet.

Aristoteles.

Religio Ioā  
nis Bentī-  
uoli.

Articulus.

Quatuor  
uirtutes p̄n-  
cipales.

Similit̄ desī  
nens.  
Iustitiæ laus  
Augustini  
M. Tullius

**Iustitia lo.  
Bentiuoli.**

**Articulus**

**Similiter de  
sinens.**

**Similiter de  
sinens.**

**Vespesiani  
mos.**

**Repetitio .**

plato Auro preciosiorem iudicandam esse: Hæc uero quanta sit in Principe nostro uel ex hoc cognosci potest: qui cū nequaquam dubitaret nihil sine Iustitia posse consistere nec domum nec Ciuitatem ullam nec hominum genus uniuersum nec quidem ipsum mūdum enixissime curauit ut prætor ut Tribuni pleb. ut cum Consulc Antiani ut uenerabile Sexdecim uirorum Collegium sancte grauiter in corrupte Ius rediderent: omnes indiscrcte audirent: proprium bonum Obluisceretur: publicum tractarent. Nec hoc contentus quotidianas sibi & statas horas constituit: quas audiendis impendit controuer siis: quibus tam humilium quam potentum tam egestorum quam luculentorum desideria audit: & concta ueluti in librili perpendens Alterā accusatori prebet. Alteram rco tradit aurem: ad amusim Omnia pensat: lites componit: seditiones summouet. & in summa æquitate magna que lenitate tantam seueritati miscet comitatem ut quoddam saluberrimum ex utroque temperamentum efficiat. Et quod olim factitas se tradunt Vespianum nullum unquam a sermone suo tristem discedere permisit: a Iustitiæ patrocinio rectaque consultatione nulla largitione nullo metu nulla cupiditate nulla deni-

q; ḡa truditur. qd multa scimus ōs Ioānē Ben-  
tiolum talem semp̄ fuisse: qualem uirum ue-  
re iustū & uirtuosū Luciliū designat his uersib;. K 1  
Hostē esse atq; inimicū hoīum morūq; malorū;  
Cōtra defensorē homīum-morūq; bonorum:  
Hos magnifacēt: his bñ uelle: his uiuere amicū.  
Commoda præterea p̄fia sibi prima putare:  
Deinde parentū: tertia iam postremaq; nostra.  
Sed Iustitiae affinis ē prudētia: q̄ quū ōs morta  
les tū potissimū p̄cipes decet. Nihil. n. īscipiēt.  
Nihil temēt age debēt. Prudētiā: q̄(ut ait plato  
diuinit̄) cæteraꝝ uirtutū dux ē: q̄ habet cæte-  
ras h̄e uirtutes dicīt: q̄ uero illa caret-caret & re-  
liqs. In p̄cipe āt n̄o tāta ē: ut nec maior in Ne-  
store-nec ī Catōe p̄astātior fuisse credat: sub ea  
m̄ltos ī īānos cæteris toti; Italiaꝝ ac pene orbis  
Ciuitatib; ī fortūiis m̄l̄tiplicibusq; calamitatib;  
agitatis soli paccatū tenuim; īpiū: & soli ita feli-  
cīt uixim; ut felicitatē hāc nobis reliq̄ ōs inui-  
deat. Et p̄fecto(ut de multis paucula qdā uobis  
bñ audiētib; Viri ītegerrimi p̄stringā Memini  
stis ōs-qtū īnis p̄xīc preteritis p̄ totā hāc Italiaꝝ  
n̄am s̄axierit gallic; furor & Barbarorꝝ rabies ī  
manissima. Cuius rei testis ē æmilia Regio: Te-  
stis liguria: Testis hetruria: Testis oīs cāpania:  
Testis ēt flaminia nobis ipsis contigua: ī qb;

Lucilii Ver-  
sus.

Prudētiā  
us.  
Plato.

Prudentia  
Ioā. Bent.  
Superatio.  
Nestor.  
Cato

Repetitio

Fortitudo  
Ioā. Bent.

Articulus

Repetitō p  
Interroga-  
tionem  
Tempatia  
Ioānis Bēt.

tio illa effera tātā passim exrcuit crudelitatem  
ut nec a Matronarum cæde. Nec se ab infantī-  
um in cunis etiam existentium Sanguine absti-  
nuerit. Magnus ubique luctus ubique pauor &  
plurima mortis imago: Nos tamen Cæteris cō-  
tremiscentibus & suorum Sanguine fædati so-  
li mansimus in columnes: Soli beati: Soli felices:  
Nullis obnoxii miseriis: nullis consternati cala-  
mitatibus: quod proculdubio nobis Maxima  
& admirabilis Principis nostri prudentia præ-  
sttit: Cuius fortitudinem cognoscet illi cie ma-  
ximam: qui recolent olim quum fortuna pau-  
lis per Secum colluctari uoluisset: Ut suum ex-  
periatur ingenium: (explorat enim aduersa ui-  
ros) ipsum sc̄e præstisile fortissimum atque ma-  
gnanimum: neque cœssiisse fortunæ: neq; affictū  
iacuisse: neque in Gurgustio plora bundum in-  
genuisse: sed omnia aduersa toleranter fuisse per-  
petuum: Præterea in Secundis r̄bus: Quæ illi  
fuerunt multæ immo innumerabiles; in Tanto  
statu: in tali prole: i tot fortunis: in tāta dñiq;  
felicitate quis unquam uidit superbum: Quid de huius tē-  
perantia loquar: Dii boni quanta est qui mēdiū  
collocatus delitiis undique uariis uoluptatibus  
circundatus & incentius libidinum instrumē

tisq; fortunæ luxuriantis septus Alterum se præbet Curium. Alterum Fabritium. Transeo clementiam atq; huius misericordiam: Quæ dos prima est Imperatorum: quæ nullum magis q Regem decet ac Principem: Prætereo munificētiam atq; liberalitatem: qua erga omnes & præcipue doctos semper Vsus est. Tacco miram in coloquiis affabilitatem: in omnibus admittendis facilitatem: dexteritatem in componēdis negociis: facundiam in loquendo: humanitatem in audiendo: Mansuetudinem in operando. Non dicam de uigilantia parcissimisq; somnis eius: quem ausim Traiano præponere. Presens profecto dies Viri integerimi nō sufficeret si singula Ioannis Bentiuoli uirtutum ornamenta minutatim & singulatim uellem recenscere. Nō poterant sane Dii nobis principem ellargiri meliorem aptiorem eligibiliorem. Hic hicdandus erat hic inq; solus dandus: qui sua uirtute singulare fulciret titubantia: Recrearet afflcta: Sedaret tumultuosa: Concta ad tranquilitatem Redigeret: Nos bearet: Nos fortunaret. Hic Solus nobis Dandus erat: Qui nos regeret: Nostram Administraret Rempublicam: Amisam Libertatem Reduceret: Tanto patriam

Curtius.  
Fabricius.  
Occupatio  
expresa.

Traianus.  
Occupatio  
tacita.

Condupli-  
catio.

Articulus.

Similiter ca-  
dcns.

Similiter de-  
finens.

Decii.  
Interroga-  
tio.

Cicero pa-  
ter p̄fiae dic-  
tus.

Maluitiorū  
cōspiratio.  
Cæs. Augu-  
sti lactatio.

Vrbis orna-  
tus & Resta-  
uratio.

Conclusio.

amore p̄sequeret: & eam tot laudibus accumu-  
laret: tot ornamētis decoraret: tot insigniret pri-  
uilegiis. Si Laudant. R.o. Curtium: q̄ p̄ patria  
cōseruāda ī repētinū hiatū se precipitē iecrit. Si  
Decios p̄em & filiū: q̄ p̄ Repub. se deuouerint:  
nō nc Laudādus ē p̄iceps Bētiuolus: q̄ pro Ciui-  
bus p̄iaq; sua tot ac tātis se picul' obiccit: ut diu  
oli cōsternati nequerim; scire uiueret necne Prin-  
ceps nr̄: q̄ si occubuisset: qa nobis moriēdū erat:  
noluerūt Supi tm̄ facinus iri patratū. Si Laudi-  
bus īnumeris ellatus ē Ciccro. & p̄ p̄fiae appel-  
litatus: q̄ a cōiuratiōe Catilinæ p̄iam libraue-  
rit: cur in Cælū usq; nū effrimus Io. Bent: q̄ & p̄  
niciosissimā Maluitiorū opib; & flagitiis potētis-  
simō & cōspirationē retexit: & iustissimis cōiura-  
tos suppliciis affectit. Si solebat se Cæsar Augu-  
stus iactare: q̄ Vrbē R.o. reliqueret marmorā:  
q̄ iuenerat Lateritiā: Quare n̄ pót & dēt bētiuo-  
lus: q̄ q̄ nacl; fuerat cenolā terrea undiq; ruēte  
plenā situs squaloris & foedæ uetus statis: Vrbē  
reliqt siliceā ac lateritiā supbissimis ædificiis &  
publicis & priuatis restauratā oī labe oib; sor-  
dib; purgatā directis e regiōe uiis distictā & ad  
talem denique splendorem habitumque redu-  
ctam: ut hanc uix cognoscas ab illauerteri Bono-  
nia. Quare quum nos talem ac tantum prin-

cipem habeamus(habemus autem deorum be  
nignitate & gratia) Virum integerrimum Vi-  
rum consumatissimum: qui in nos omnes tan-  
ta Contulerit Beneficia: tantis nos Deuinixerit  
muneribus: simus grati- simus memoris hunc  
Diligamus ut conciuem: amemus ut Paren-  
tem: timeamus ut dominum: sectemur ut ducē:  
ueneremur ut numem Quoddam terrestre Ad  
gloriam felicitatemque nostram nobis Conces-  
sum: cui mehercules tantum debemus quan-  
tum post Dcūm huius boni auctorem nulli al-  
teri. Vos ēt Tribūi: q nup hāc sacrosanctam di-  
gnitatē initis: date ī primis opā: ut optia præde-  
cesorū uestrorū exēpla seruēt: cōspirate: & uno cō  
sensu descendite ad repub. capessendā: q oībus p-  
fecto reb̄ aīponēda ē. Simultates ī imitiasq;  
& si quid tale ī uobis ē: deponite. Induite psonā  
pub. exuite priuatā. Præter publicū cōmodū ni-  
hil sp̄ctate: huc oculos: huc aīum: huc cogita-  
tiōes: huc studia uīa cōuertite. A Equitatē uero  
ī primis custodite: & iustitiā āplexamini: Cui es-  
tote cultores: obseruatorēs: accrими: Et (q no-  
uissime dicā) id rebus cōprobate: q noīe iureiu-  
rando astricti facturos uos cē pollicemini: quæ  
oīa si fueritis executi: uobis honorē: amicis orna-  
mētū: reip. utilitatē: & imitāda posteris exēpla

Similiter ca-  
dens.

Apostro-  
phe.

Resp. oībus  
rebus aīpo-  
nenda.

Repetitio-

paraueritis. Hæc autem tanto facilius & utilius  
peregeritis - quanto paratius & expeditius uigi-  
lantissimi atque prudentissimi Principis nostri  
preceptis sueritis Obscuriti: a Cuius nutu nun-  
quam discedatis: Cuius uerba Apollinis oracu-  
la creditote. Quem optimum & irrcprehens-  
sibilem Omnipotentissimus Rerum omnium  
Conditor - & mundi Artifex exuperantissimus  
numine Suo ineffabili & Maiestate innomina-  
bili Diutissime soueat. Scrut - tueatur: Eius uo-  
tis Annuat ei Nestoreos Annos & Eosdem  
faustos ac Felices Largiatur: cum suis cumulet  
benesitatis. Ornet - illustret ut eius felicitas & per-  
fectio Nobis Beatitatem paret - & perpetuam  
Tranquilitatem. Duxi.

**G**uido Rangonus Antonio Mariæ Visdo-  
mino Sal. Pl. D.

**V**buerebar (Vt me apte natura ti-  
**S**midus Sum (Abste aliquid petere:  
Quod fore tibi Gratum nescirem.  
At ubi cognoui tantæ Germanum  
Hannibalem fuisse auctoritatis Apud te ut ha-  
ud Difficulter impetrauerit Vnius Orationis  
editionem. Opus Mehercules licet Laudabile.

**Articulus.**

& Multis utile. Non tamen necessarium: Naturæ meæ succensui approbans pariter & admirans tuam in Discipulos obsequiosam dilectionem: Effectumque est ut Audatius immo Conscientius abs te petam illorum Versuum editionem: Quorum in Dialogo testimonia Citan-  
tur. Erunt enim hæc & Lectoribus desideratoria & cunctis gratiora. Adde quod Necessita-  
tem importare Videntur. Nam qui legent Dia-  
logum uisenda Eglogæ Atque Eligiat illius de-  
siderio Lectionem cum scmetipsis suspendent:  
Quam interrumpere non continget: Nec cui-  
quam Hærcere: Vbi sciuerit se suæ Curiositati  
posse Satisfaccre. Ut super hac re te moneam fa-  
cit in te Singularis nec Minor quam Hanniba-  
lis amor meus. Age igitur qui Hanniballi ob-  
secutus es Guidoni quoque obtimpéra. Præte-  
rea de Epistolis meis (quod alias ad te scripsi) ex-  
pecto Consilium & opinionem tuam: Quā  
sane plurimifacio Veluti preceptoris consultissimi. Vale & breui me ad Litterariam militi-  
tiam expecta. Conualesto enim longa Liberat,  
AEgritudine: Quare Incipiam tua Limina te-  
rere; Et a tuo Latere non discedere. Vale iterum  
Bonoñ. Idibus februarii. M. cccc.

Litteraria  
militia

**A**ntonius Maria Visdominus Guidoi Rā-  
gono Comiti Sal. Pl. D.

Escio mi Guido amore ne magis er-  
ga me mouearis an inuidia potius in  
fratrem. Sed utrouis egeris: neutrum  
improbo: Ut enim amorem Laudo si amor est  
Ita inuidiam huiusmodi: quæ studio præbet in  
citamenta & Virtutibus ueluti cararia addit:  
nō Vitupero. Agam igitur Tecum quod cum  
cum Hannibale: & tibi dicam. Quod illi dixi.  
potras expectare tota Buccolica nostra & inte-  
grum Volumen Elegiarum: Quæ propediem  
statui edere. Sed age ut Lubet: habes Apud te  
Versus: Quos petis & plures etiam Quam  
petas Veluti mearum Collector Nugarum &  
obseruator accuratissimus. Tradito Impresso-  
ribus Quod tibi uisum fuerit impressione Di-  
gnum: Verum Cura ut legitimum Hoc est si-  
ne mendis prodeat. De epistolis tuis Coram ti-  
bi Consulens. De abitione ægritudinis Tibi  
gratulor mihi Gaudeo. Cura tamen Ut non  
minus animi Quam Corporis Sanitas recu-  
prata sit. Vale. Bononiae Septimo decimo.  
Kal. Martias Mcccc.

Inuidia Vir-  
tutis incita-  
mentum.

Buccolica.  
Opus Ele-  
giarum.

**C**Antonii Mariae Vitudomini Egloga dicta Siluanus Collocutores Siluanus & Tityrus Ad Comitem Guidonem Rangonum Suum.

S. Ityre quo ppcras! Medio sol altus in orbe  
Exiguas lassis præbet mortalib; umbras.  
Ia Canis æstifero segetes cogit arida rictu.  
Et spineta tegunt Virides iam densa lacertos.  
Omnia iam resonant raucis Arbusta Cicadis.  
Quo defessus abis! celeres hic cōprime gressus:  
Et patulæ mecum fagi reqesce sub umbra.

T. **C**Perdidim, siluane capræ: quæ saepe solebas  
Laudare & gregibus similē affectare maritum.  
Ipse tuis: Ut pinguis erat pulcherrimus altis  
Cornib; hūc uereor Cupid; ne Tyrsis ab ipsis  
Egerit arméatis: mihi dū Melibœus amicam  
Extollit recitatq; suos ex ordine uersus:  
Quos paſſim regido desculpsit cortice fagi.

S. **C**Netimeas Accede tui uir Tytire saluus  
Est gregis: hic nostras inter uirgulta Capellas  
Nam mó tundebat: lassi nunc corporis æstu  
Atq; aī releua mecum, Pecus omne sub ulmo  
Rumiāt en patula: placidas expectat & auras.

T. **C**Pastor nemorūq; decus pulchriq; magister  
Armentis alue Saluum quia tu mihi Caprum  
Esse facis: pecudunq; ducem das ipse mearum.

S. **C**O utinā saluus fierem: nec pectora magnus

Canis.

Tyrsis,  
Melibœus.

Vir gregis:

Ruina tpe-  
cus.

Nō salui s̄t  
amates.  
A Estū con-  
sumor ium-  
bra.  
Philomena

Otia amo-  
ris causa.

Fomes amo-  
ris.

Simæ capel-  
læ.  
Bucera.  
Corbes.  
Frondator.  
Diaria.

Alliger cu-  
pido.

Sollicitaret amor: nostrosque exurceret artus.  
Ignis edax. & stu positus consumor in umbra:  
T. **V**nde tibi tantus calor! & quæ causa furoris  
Da Siluane mihi: prisco ne accenderis ignis  
Atque agit i ueterem tua te Philomena furore:  
S. **H**ic depōe pedū: uiridi hic in gramine dextrę  
Tityre pone latus: causamque attende furoris  
Tityre: & exemplo discas fugere otia nostro.  
Otia (q̄ uerum est) tectum meditātur amorem.  
Otia tranquillo sedatas pectore curas  
Et ueteres renouant humanis ossibus ignes.  
Otia solliciti fomes credantur amoris:  
Credantur uires iuonda alimenta cibumque  
Suggerere: & blanda immitem nutrire quiete.  
Dum simas duxi per florea rura capellas  
Per iuga per rupes armentaq; bucura paui:  
Dum lento uarios intexere uimine Corbes  
Cura fuit: celsaq; leuis frondator in ulmo  
Colligere atq; ouibus præbere diaria foetis:  
Dum tutis pecus omne meū circūdare septis.  
Et studui flexas ex ordine ponere uites:  
Inserere agresti præ dulces arbore ramos:  
Oblitus uerum flamarum oblitus amoris  
Tranduxi placidam tutus sine uulnere uitam:  
Atq; m̄cæ nullo flagrarunt igne medullæ:  
At postq; dulci lentum me uidit in umbra  
Alliger & suaves captantem pectore somnos

Inter odoriferas terræ prædiuitis herbas.  
Et modo disparibus meditaté carmina auenis  
Innixum huic tereti trunko: modo certa paratē  
Flore novo cythisi contexta humiliq; miricæ.  
Apposuisse capri sub cornibus: ecce tetendit  
Ipse genu flexo uiolentum fortius arcum:  
Et saeuam medio dirrexit corde sagittam.  
Tum subito extinctus colluxit in ossibus ignis:  
Et mea mordaces rediere in pectora curæ.  
Tunc animū formosa meum philomena receti  
Perculit: & sanam uiolauit uulnere mentem,  
Extemplo fudi gemitus: Suspiria traxi  
Pectore crebra mco: micuitq; e gramine corpus.  
Immemor & baculi siluestris: & immemor ois  
Armenti siluas omnis: & per iuga montis  
Aspera sollicitus philomenam uoce uocauit  
Sæpius: & multa ipse uerba nemora ipsa querella.

T. **C**Scilicet audieram uoces: densumque boatu  
Ingenti resonare nemus: quum ualle sub illa  
Sectantis niueam per pascua læta iuuencam  
Errabunda mei sequerer uestigia tauri.

Et mecum Siluane fui miseratus amantem  
Conditione sua miserum: miserūq; furore.

S. **C**lustrauit anfractus uarios: atq; inuia móitis  
Per loca cliuosi: perq; alta cacumina demens  
Quesiui absentem magno feruore puellam:  
Mox redii ad fagum laflus: mea uulnera fagū.

Cythisus  
Myrica.

Colluxit in  
ossibus ignis.

Philomena

Miser est q  
amat.

Et creuit geminatus amor geminatus in immo  
Corde dolor: passimq; suo custode carentes  
Per diuersa leuis errarunt pabula Capræ.

Locus amo-  
ri sacratus.  
Egon.  
Chorydon.

Crudelis  
Alexis.  
Nehæra.

Damoetas

Caper de-  
formis cor-  
nu amissio-

Medella:  
Amantes fit  
prodigi.

T. **C**Infelix locus hic ipsiq; sacratus Amori  
Est siluane: sub hac fago confossus & Egon  
Et Chorydon duros sensere cupidinis ignes.  
Nec tamen hic pulcher quis & lactis abudans  
Et diues pecoris crudelem amplexus Alexin.  
Ille suam tandem fertur fouisse Nehæram:  
Cui si quid cupidæ concessit lactis id omne  
Damoetas ouibus rapuit: quas mulxit in hora  
Bis miseras. loc; hic pecori nō faustus: amatam  
Dum caper hac olim sequeretur forte capellam  
Rupe cadens fregit resupino uertice cornu  
Quem mox deformē factum fugere capellæ.

S. **C**Me miserū miser; me tityre q; mala tristem  
Solaris: non est igitur Philomena furori  
Exhibitura meo saluo grege pulchra medellā:  
De grege perdendū est si quid perdatur in illa:  
Illa meas omnes habeat teneatq; Capellas:  
Possideat tauros: & ouis demulgeat omnes:  
Dum ueniat cupidis semel aplectenda lacertis:  
Aut a Siluano non dedignetur amari.

T. **C**Dū Siluane sacræ te texerit arboris ūbra-  
Nulla quies miscro potiundæ nulla puellæ  
Spes erit: & grauius te semper inusserit Ignis.  
Quare age deuotam fagum fugiamus utcrq;

Subiectamq; sero terram uitemus amori.  
Si qua tñ Siluane tibi est hic grata uoluptas,  
Hic remane procul hinc fugio ne spicula dur,  
Sæua puer: certosq; in me ne dirigat ictus.  
Et iam nescio quid nostro sub pectore feruct.  
Si placet hinc abitus ueniā quo Tityre duces:  
Cum gregibusq; meis ego te comitabor eūtem.  
Sed prius infamem signemus carmine fagum:  
Ut possint alii dubios fugisse recessus.

Terra amo  
ti subiecta.

Primus ego apponam uersus: mox tityre pōes.  
Cultores nemorum Fauni satyriq; uiriq;  
Effugite hanc fagum ne dum captatis in ūbra  
Frigus Inardescat latitanti pectus amore.

Infamem fa  
gum.

T. **C** Præstítit hæc olim dulcem mortalibus escā  
Pastores Fagus nunc fructus præstat amaros:  
Ah fuge nam sanus si ueneris: æger abibis.

Faun/ Sa  
tyri, uiri  
Inardescat  
pectus amo  
re.  
Fagus æscā  
mortalibus

**C** Antonii Mariæ Visdñi elegia ad Sforzanū.  
Solatur foedo læsum meretricis Amore  
Sforzanum monstrans ad mala mentis opem

Ixe nimis sæuo Sforzane cupidinis arcu  
**f** Turpia qui læso uulnera corde geris.  
Angeris exosflare excarnificaris amore  
Torqueris premeris exagitare miser.  
Vngue tuos uellis crines: tua pectora tundis:  
Suspiras lachrymas nocte dieq; gemis.

Sforzanus.  
Angor Ex  
osfor excar  
nificor.  
Torqor p/  
mor.  
Exagitor.

Execrari.

Serui si qui  
amant.

Facit attētū

Nulla stype  
redimendā  
amicam.  
Vitupatō a  
gñe & a for  
tunis  
Baucis  
hecale.  
Vitupatō a  
dformitate  
Corporis.

Clamosa immerito maledicis uoce tonanti:  
Et quicunq; tenent sidera clara deis.  
Natalem execrare tuum - execrare parentes:  
Vbera:quæ primum lac tribuere tibi.  
Vince iram:supera curas: compesce furores:  
Accipiat frenos imperiosus amor.  
Nec tantum cruciere miser- q; amica redicto  
Te tua nunc alium diligit ipsa uirum .  
Quin gaudes-hylariq; exultas pectore lætus-  
Quod cæco egressus carcere liber eris.  
Quod tua non lædent diuturnæ colla cathenæ:  
Quod graue non semper ppetiere Iugum.  
Admoueas sensus monitis paulisper amice:  
Et pateant aures ad mea dicta tuæ.  
Iactura immerito preciosi quisque lapilli-  
Et dolet igne suas depopulante domos.  
Aut quum uorticibus rapidis-niujbusq; solutis  
Et cultus torrēs- & sata læta trahit.  
At tu quos cultus:quas gemmas:quæ sata perdis  
Flumine læta :domos igne uolante tuas:  
Dum stype uel nulla redimendam perdis amicā.  
Deformen toto corpore-toto animo.  
Discute quæ so genus-cunctasq; exordine dotes.  
Non erit illa tuis æquiperanda bonis.  
Siue suos spectas census-& utroque parentes:  
Baucide pauperior-uillior est hecale.  
Fronte-genis-uultu-toto deformatis ab ore:

In risu in uerbis gratia nulla suis.  
Quum rubet ingenuus non est color : Arte patur  
Pixidis & madidi panis amice decor.  
Damna suæ nulla formæ uirtute rependit.  
Non suauem didicit concrepuisse lyram.  
Non cantare & ab arte pedes uariare choreis.  
Nec phrygia uestes pingere nouit acu.  
Scribere nec scriptas didicit legisse tabellas:  
Misa aliis semper scripta legenda dabat.  
Et qđ turpe magis plena deducere nescit  
Penſa colo tantum Serica fila trahit.  
Præterea in uenerem sine lege sine ordine prona  
Si nescis multis prostitit illa procis.  
Quod tibi credebas uni dare magna uirorum  
Pars habuit propriis expoliata bonis.  
Copia facta sui est (michi credo) petentibus istis  
Non adhibes dictis forsan Amice fidem:  
Fraterno uinctos nos illa sciebat amore:  
Et nunquam sine te me fore te sine me:  
Sæpe mihi uoluit tamen hæc Submittere clunes:  
Atque suum femori Conseruisse meo.  
Nulla sodalitii sibi erat reuerentia nostri:  
Nulla quod & nobis esset amica soror.  
Oscula sum passus sua non sum cætera passus.  
Oscula germanam nec latuere suam.  
Quae non est aliud lachrymosa uoce locuta.  
Quod mihi fecisti tu soror ipsa tibi.

Arte pixi-  
dis decor  
Vitupatō a  
bonis aī.  
Concrepuis  
se lyram.  
Pedes uaria  
re choreis:  
Pigere acu.  
Pensa dedu  
cere colo :

Lasciuie hu  
sus puellæ.

Quā eētai  
cus poetæ  
Sforzanius.  
Submittere  
Clunes.

Indolui nec honesta satis sua uerba notaui:

Extemploq; animis excidit illa meis.

Excidat illa tuis animis Sforzane nec ultra

Te malus obscaenæ torqueat huij amor.

Nempe uelit quāuis amita uiuente pudica

Ese nequit mores instruit illa suos.

Quicquid & a lœna didicit genitrice paratas

Edocet & neptes in sua sensa trahit.

Nec diuersa suis matrem documenta putato

Tradere nam lœnæ filia lœna placet.

Blanditiis quibus allicit: quaque arte pcaces

Decipient iuuenes iam didicere duæ.

Iam didicere duæ Magico quo carmine sanas

Deflectant mentes excrucientque uiros.

Pressa pedum toto legit hæc uestigia cœno:

Et mox fumosis admouet illa foci.

Cærea figit acu simulachra uel ænea duro-

Et peragit uerbis tristia facta tribus.

Vase nouo tria signa facit tria carmina dicit:

Certaque in hoc pluua gramia molit aqua.

Licia circundat filis annexa Nouenis:

Et nouies flexo polite tangit humum.

Abscidit & coruis caput & cornicibus unguis:

Expilatq; auibus Lumina parua uagis.

Et corylum gladio partes discindit in æquas:

Hæc mea pars pars hæc dicit amantis crit.

Excipit adducta sua menstrua prima sinistra:

Ab amita  
didicit

Genitrix lœ-  
na.

Magica &  
supstitiosa:  
Vestigia pe-  
dumi.

Simulacra  
acu.

Signa in ua-  
se.

Licia  
Caput cor-  
ui.

Vngues cor-  
nicis.

Oculi hyrū  
dinum.

Virga cory-  
li.

Fingit & obliquis limina terfa notis:  
Inque pauimento magnus deducitur orbis:  
Ponitur & medio uitreus orbe calix.  
Hinc illinc uolitare leues circunspicis umbras:  
Murmura & ambiguo reddere parua sono.  
Cumque suo elixat cor sanguine uulturis ingens  
Noxia amatori pocula facta suo  
Illa pilos adolet pudibonda pte rescotos:  
Additur extremæ pars quota sumpta Comæ.  
Addit & flavi granum salis: & sacra thura:  
Et cum lacte nouo candida uina simul.  
Ore nigras uersare fabas solet & dare prunis.  
Spectare an saliant excutiantque focum.  
Quumque coit semenque suum semenque uirile  
Colligit & crebris excreat illa globis.  
Mox durata igni pprio madefacta cruore  
Mollit acu lœvum Crus uiolante breui.  
Extensa que manu studet ut mensura secundam:  
Inuersa superet tertia parte togæ.  
Defossoque penu media plus pollice pte  
Serotat horrendo uerba locuta sono.  
Multaque quæ Scythicis nō nouit Phasias oris.  
Aut italo Clarii filia cole Dei.  
Hæc igit cadat exanimo: nec pfer Iniqua  
Mente q̄ amplexus deserat illa tuos.  
Quin potius fugienda foret si dotibus istis  
Velet in antiquos sponte redire sinus.

Mestrulio-  
mina.  
Circulus in  
pauimento  
Inuocatio  
demonum.

Cor uultu-  
ris:  
Pilosuuluæ  
Capilli:  
Sal Thus:  
Lac. uinum  
album:  
Fabæ nigre  
Semē maris  
& feminæ:

Sanguis es  
nistro crure  
Mēsura pa-  
mæ:  
Defossus in  
terra pollex  
Phasidas  
medea.

Circe:

Tagus du-  
tius pactolus

Pepuleæ  
opæ.

Aedes prin-  
cipis Bent:  
Vitupatio  
a cupidita-  
te.

Vendit ue-  
neré.

Amor scel-  
ratus hñdi  
Celeno.  
Subinde.

Tuscit ex-  
creat nuit.

Quibz rebo  
amor paref

Nihil diffici-  
le uolenti.

Insanæ insa-  
lia mentis,

Illa Tagum duriumq; mihi pactolon & una  
Donet & coi regna beata soli:

Pepuleas promittat opes: & principis ædes  
Bentiuoli: & quicquid felsina diues arat.

Cōseret haud nostro lateri latus: aut dabit unquā  
Basia: nec iunget foeda labella meis.

Adde q; & nullo pretio satiatur auara:  
Hæc rapit; illa trahit; postulat illa dari:

Et licet innata crissare libidine semper  
Affectet tamen id uendere gaudet opus.

Munera quot quæ quāta oli renimiscere demēs  
Ceperit uxori munera digna tuæ.

Inq; dies subcrescit amor sceleratus habēdit:  
Ut iam credatur dira Celeno fore.

Non uereor quin captus amans ab amoř subinde  
Desinat incepti pœnitentia que sui.

Et iam carpit iter gressus redditusq; freq̄et  
Rarius & tuscit excreat atque nuit.

Redditur in nihilum q; erat nihil: ecce nec herbis-  
Nec magica felix arte paratur amor.

Quem forma ingenio uirtute fideq; bonisq;  
Moribus & cultu Conciliare potes.

Eia age te uincas & magnum corde dolorem  
Excute nam facile est (fac uelis) omne tibi.

Non amor est sed n. non sanæ insania mētif  
Et furor humanos dedecet usque uiros:

Qui parat hunc amor est ings si forte furore;

Desinat hic amor. hic desinet inde furor.  
Submoueat causam tanti Sforzanus amoris.  
Submota causa uictus abibit amor.  
Otia tollantur nostræ mala uulnera mentis  
Otia sollicitis esca parata malis.  
Otia Tyndaridos traxere Aegisthon in ignes:  
Hinc perimit matrem filius illa uirum.  
Otia Bersabeo uiolarunt Dauida amore:  
Vnde homini cædes nata & adulterium.  
Otia multinubū Sapientis nomen habentem  
Fecere & fuluo sacrificare boui.  
Ista philisteæ post milia cæsa phalangis.  
Priuarunt oculis fortia membra suis.  
Otia sidonium calabra fregere sub aura  
Post domitas alpes post fera bella ducē.  
Otia faginea Siluanus noster in umbra  
Incusat baculi non memor atq; gregis.  
Otia inesse solent uarior; causa malorum:  
Sautius effugias otia sanus eris.  
Ecce humili uagit tener in præsepe puellus:  
Et deus absq; hominis semine factus homo est.  
Hinc bos hinc asinus diuinos sufflat in artus:  
Et nobis natum gestit uterq; dcum.  
Germinat en radix: oritur noua stella: paritq;  
En Virgo salua uirginitate deum.  
O noua res: o mira patris comertia summi:  
Alta deus cœli deserit imma colit.

submota cā  
submouet.  
effectus.  
Otia amor/  
causa.  
Aegisthus.  
Clytemne-  
stra.  
Dauid.  
Betsabe.  
Salomon  
multinubus  
Sanson.  
  
Hannibal.  
  
Siluanus.  
  
De nativi-  
tate dñi.  
Puellus:  
Bos asinus.  
  
Radix.  
Stella noua  
Virgo parit  
Comertia  
patriis.

**H**umana tegitur diuinus pelle: creator

Totius mondi membra creata gerit.

**S**uscipit æternus moribundos spiritus artus:

Et cupid: & metuit: gaudet: & ipse dolet.

**H**æc animo Sforzane tuo meditere parumper:

Discute Munifici grandia dona dei.

Et sic diuino humanus superabitur ardor:

Cœlestemque animus sentiet æger opem.

**Q**uumq; duo nequeant in codem corpore stare:

Et successori cedere discat amor.

Cedet amor uetus iste nouo: & deus omnibus Idem

**Q**ui solet esse tuæ causa salutis erit :

**C**Antonii Mariae Visdomini in Perditum Amantem seu potius Amentem Elegia.

Erdite qd tibi uis: proprios desæuis i art,

**P**Dū ueteris flamas corde dolente soues.

Inq; dies aium spe tristem pascis inani.

Expectans uotis irrita facta tuis.

Excrucias gemitu miscrabilibusq; querellis

Corpora non sumptis attenuata cibis.

Corpora quæ gressu uix iam portantur inheriti:

Corpora deformi turpia facta situ.

Egrederis quoties populus miratur ubiq;

Incertus uiuas an sis imago tui.

Et magis appares q; corpus Corporis umbra:

Munificus

Deus

Deo salutis  
causa.

Spes ē q; pa  
icat amates

Corporis  
umbra.

Et magis inferni quam Louis esse dei.

Insania mea  
tis.

Vnde tibi furor hic? unde haec insania mentis?

Constituistis leges tu ne in amore nouas?

Falleris hac nullus ratione fructur amicorum

Opposita opperiens hostia clausa scra.

Lcx in amore iubet cultus gestare decentes;

Quid lcx in  
amore.

Nec tibi pertusa pelle natare pedes.

Attu per mediam qualis pannutius urbem

Thersites nudis calcibus ire soles.

Altera pendet & hinc rallæ pars altera & illinc:

Atq; patent laxis Crura foraminibus.

Deniq; munditias omnes dea mater amorum

Diligit; & cultu culta placere studet.

Hinc geminas phrygio uicit sub iudice diuas:

Hinc placuit Marti corpore munda suo:

Hinc sibi grat; Adon; cephalū hic aurora petebat:

Hinc cupit hippolytu gnosti habere suum,

Tu geris impexos crines; Impexaque menti

Vellera; nec de te præmia tonsor habet.

Effingunt ungues ursum; Stillantia semper

Lumina fœtentem naris & uda caprum,

Delphinus dorso signatur simia rictu;

Obducta uictus Marsia fronte tua.

Ossa tota manus: ueluti per diuia uepres.

Articuli dentes summaque labra nigrent.

Culta uenit  
Iudicium pa-  
ridis.

Mars.  
Adon. Ce-  
phalus.  
Hippolytus.  
Phædra.  
Tonsor.

Exanimum uelut est totum sine sanguine corpus;

Vngues ur-  
sum:

Ossibus & rigidis hæret adusta cutis.

Naris cap-  
Delphinus  
dorso.  
Simia rictu  
Marsya frõ-  
te;  
Articuli ue-  
pres:

Publica quæ meretrix tales admitteret artus:  
Aut sineret tali Iungier ulla Viros:  
Non bene composita uitis complectitur ulmos:  
Non bene culta ferax d̄ligit arua Ceres.  
**Q**uā timeo ne uir fias resonabilis Echus:  
Solaq; de toto corpore uox maneat.  
Et furor insani naturam corporis ingens  
Vincat & insolito feruidus igne calor.  
**Q**uare age dum superest ī te quod uincere possis.  
Luctantes frenis impediunt equi:  
Sensibus & ratiō dominetur: amara cupido  
Subiaceat: uenus & sub iuga tristis eat.  
Deniq; te noscas: atq; irrita cepta reliquas.  
Sidera difficile est tangere posse manu.  
Et totum geminis comprehendere caucason ulnis:  
Velliferumq; orcis euacuare mare.  
Stulte quid insanis: quid inania cepta resumis:  
Vis ne uia hac dominæ perplacuisse tuæ:  
Mortario contundis aquam: proscindis aratro  
Littora: dumosæ semina spargis humi.  
Et Mutinā frustra uiolentum contrahis Vrsum:  
Atque uncta nexas arbore glutis aues.  
Pertuso tentas puteum exsiccare lebete:  
Ardua Sisyphium per iuga ducis onus:  
Non bene mortali dea iungitur: humida siccō:  
Igne frigenti: pinguis amica macro.  
Non humili regina: libro non carnea: Saxo

Vitis ulmos  
Ceres ferax  
Vir Echus.

Sensibus rō  
dñetur

Caucasus.  
Velliferum  
mare.  
Orcæ:

In mortario  
aqua

Mutinā Vr  
sum.  
Anseres in  
arbore  
Lebes p tu  
sus.  
Onus Sisy  
phium.

Mollicula: extincto uiua: probata malo.

Tentaris quoties toties patiere repulsam:

Proque tuo poenas lœsus amore lues.

Excute turpiculo confotas pectore flammas:

Excute candentes corde furente faces.

Propositum ponatur opus: nec corporis esto

Immeriti tortor aut homicida tui.

Nec uelis ante Diem miscranda morte perire

Demens aut stygios uiuus adire lacus.

Aut summis uiuendo animam retinere labellis.

Ludibrioque ipsis gentibus esse diu.

Cōfotas pe  
ctoſ flāmas

Tortor &  
hōicida tui.

**E**picedion in Marianum Ad Hieronymum  
Casium Bononiensem per Antonium Mariam  
Visdominum.

Rpheia Calliope Ciconū si fleuit ad oras:

Et tellus gelido posta sub axe rigens.

Siquondā aoniac luxere Amphiōa thebæ

Testantes dulci moenia structa sono.

Orpheus.

Si methynna diu plorauit Arionā tristis:

Et sicuti fluctus Tenareiq; sinus.

Phyllirida priuata suo si thessala tellus-

Congenuitq; Deus cum genitrice pater.

Græcia facūdi mortem Demosthenis: atq;

Itala defluit si Ciceronis humus.

Nūc latiū lucanusager nūc marsus: & umber

Amphion.

Arion.

Phyllirides

Chiron

Demosthe-

nēs.

Cicero.

Matuta :  
Portunus:  
  
Ecclipsis  
Phaeton.

Nilus :

Tristitia inexpletis fletibus ora rigent.  
Oia nunc doleant: oposaq; machina in undi-  
Lugeat & uultu tristia signa ferat.  
Pro uiolis dumos nigras pro floribus herbas-  
Terra creet magno semicremata gelu.  
Aera densa tegant & totum nubila coelum:  
Imbribus assiduis grandinibusq; pluat:  
Labanturq; suis coenos fontibus amnes.  
Aucta q; sint lachrymis flumina Stagna lac,  
Nunc Matuta suis fleat & portunus in undis:  
Nunc lateat sub aquis squamea turba suis.  
Cūq; tua Ecclipsis titan patiare sorore:  
Nec doleas fuso quam Phaeonte minus.  
Occidit heu uere fidei decus: Occidit orbis  
Gloria: & immensus religionis honos.  
Conticuit terras uox exaudita per omnes:  
Qua solidam occitanus fluctib; ambit humū.  
Quæ dederat crepitus occasu solis ad ortum-  
Heu siluit flatu deficiente tuba.  
Quiq; dabat cunctis dulces sitientibus undas:  
Cuncta q; secundis arua rigabat aquis-  
Qualis ad ægypti regiones nilus amoena  
Fecundat riguam flumine diues humū.  
Defecit toto fons heu memorabilis orbe-  
Vberior rhodano tybride gange padō.  
Nec mirum cæca si nunc caligine cælum  
Abditur & subita nocte nigrescit humus.

Qui mundū splendore suo Irradiauerat oēm-  
En sacer extincto Lumine fulgor obit.  
Ille sacræ interpres legis: ueræq; Sophyæ  
Doctor: & haud timidus miles in arma dei.  
Ille bonæ custos fidei: probitatis alūnus-  
(Flete piæ gentes) proh dolor occubuit.  
Proh dolor occubuit ucri piæ gloria cultus:  
Integer & sanctæ religionis amor:  
Serpere iam poterunt passim scelera oīa terris:  
Humanumq; genus cōmaculare lue  
Innumeri errores nasci : pestesq; nefandæ:  
Incultum tribuli corripuisse solum.  
Non erit ulterius iustum qui surgat in iram:  
Destruat eloquio dogmata curua suo:  
Pugnet in aduersos hostes: cristoq; rebelles  
Aut cadere aut rectum carpere cogat iter.  
Stringat fulmineā in luxus, in crimina lingua  
Omnia Magnisono terreat ore malos.  
Vitandum doceat calem Sermone sinistrum  
M lliifluo & Samyæ dextra tenenda notæ.  
In coelum ostendat cliuosoſ ſeſ meatus:  
Nec facile ad ſummi tecta tonantis iter.  
Decliuosq; uias, pnosq; ad Tartara gressus:  
Semper & infernæ Stagna adapta Stygis.  
Quæ dum marmorea proferret in æde deorū,  
Pendentes tenuit non ſecus ipſe uiros.  
In ſūma uolucres rhodopeq; Thraci, Orpheus;

Lfa pytha-  
goræ.

M i

Atlas cytha  
redus floren-  
tius.  
Vertūnus  
protheus.  
Mestre  
Achelous.  
Cicero.  
Demosthe-  
nes :

Salomon.  
T. Līuius.  
Marianus.

Amphion.  
Thebas.

Apollo tro-  
iam.

Cunctaque pangeis bruta morata iugis.  
Doctior eximiam uoces uariare partem-  
Concentus Cytharæ q̄ resonantis Atlas:  
Quam sua Vertūnus protheus erisitōe nata  
Corpora non merito dans alimenta patri.  
Herculcosq; ferens congregatus amnis Acarnan  
Propter concubitus Deianyra tuos.  
Eloquio ueteri Cicerone disertior: aut quem  
Græcia mirata est obstupefacta diu.  
Voce sua potis ille fuit deducere cautes:  
Et trahere immanes ad sua dicta scras.  
Reginā salomō hierosolyma traxit ab austris:  
A borea in latiū tu patauine uirum.  
Notus at hæsperiis Marianus notus cois  
Gentibus & eccli notus utrique polo.  
Sæpius immensi cunctis a partib; orbis  
Acciuit uarios ad sua uerba uiros.  
Innumeræ gentes hoc declamāte flucbāt  
Vt locus in tota nō foret urbe Capax.  
Dyrceū struxisse ferūt sua mœnia uatcm.  
Dum tractat cytharæ fila canora sua.  
Dulcisonæ cātu testudinis usus Apollo  
Censemur muros Composu: sc nouos.  
Hic noua claustra: noua edcs: noua tecta pauit  
Voce sua: & turres duxit ad astra nouas.  
Nec sua mortali spetiosa palatia uulgo-  
Diuos atq; hominum sed fabricata patri.

Ah fera mors Enoch si præstata uita pemnis  
Aere quæq; ferens aureus axis agit.  
Cur rapis utilib; mūdo Marianon ab ānis;  
Membraq; ppetuos uiuere digna dies;  
Aut si uix senio tādē consumpta tremeti  
Natales uidit mille Sy billa suos:  
Annis si fruitur multis aurora mariti;  
Si pylius uixit sæcula terna senex:  
Cur Marianus obit nece præcoce funer acerbo  
Bisquinā nundū natus olympiada;  
Præside quo cultusq; dei præstansq; nitebat  
Relligio: & puris templa dicata sacris.  
Fator; hūanis nimiū lex inuida rebus  
Et phibens longa prosperitate frui:  
Pensaq; lanificū nimis alpnata soror;  
Heu fussas iusta conditione preces.  
Cur nō ē ulli uest& exorabile numen;  
Et graue mortali cuiq; tenetis onus;  
Rex hoīum diuīque preces effundit inane;  
Et refugit calicen: uestraque iura timet.  
Et tñ ex aliqua natura reflectitur Arte;  
Et mutat leges sæpius illa suas.  
Extinctū fertur medicis Epydaurius herbis  
Hippolytū luci restituisse nouæ.  
Mortuaque eurydice nigro rediisset ab orcho  
Coniugis imodicus ni nocuisser amor.  
Hic amor & mūdi totius cura salutis

Enoch.

Sibylla.  
Titorus.  
Nestor

Christus.

Epydaurius  
Hippolytus  
Eurydice.

Francia pi-  
ctor Boni,  
benedictus ne  
apolitanus  
pictor.

Thebaldeos  
poeta.  
Seraphi po-  
eta.

Corripit & fato te mariane premit.  
Non crimi, meriti imemores: colat ethera lat;  
Spiritus: ipse Silex ossa quieta tegat:  
In fastis tua facta legam: Scribentur in actis  
Dicta: nec illa unq; carpserit ulla dics.  
Tempus & illud erit: tibi quo sacrabimus aras:  
Templaq; numinib; constituenda tuis.  
Cynnamaq; urem; cylicūq; arabiūq; liquores:  
Fundemusq; tuis pingua thura sacriss.  
In uotis uenies: Aderisq; uocantibus ipsis:  
Nomen adorabit fæmina uirq; tuum.  
Interea pario referat te marmore sculptū  
Praxiteles aliquis uel nouus aere myron  
Et te felsineus tabula depingat Apelles:  
Et te ptogenes parthenopeus agat.  
Tulyssippi uidearis in aere Colossi:  
Et polycletea conspicare manu.  
In te phidiaci certent: & turba Scopar;  
Polleat hic ccolis: ille Colore suo.  
Palladii certet iuuenes: & quisque peritus  
Ingenium tendat per tua facta suū.  
Hic scribat docto numeros ab apolline ductos:  
Atque hic compositis uerba soluta notis.  
Hic canat ethrusca uulgaria Carmina lingua.  
Atque Thebaldeos prouocet ore modos.  
Excudat tersos nūc musa Scrappyca rytmos:  
Materia ingenii omnibus apta patet.

Prodeat euganeis uates barbatus ab oris:  
Vates Sidero notus utriusque polo.  
Vates Cui presto mentemq; aiūm q; ministrat  
Phœbus: & Aoniæ dant alimēta deæ.  
Seu græco Cātare uelit plectroq; latino-  
Couenit ad uersus utraq; Lingua suos.  
Seu meditata cupit seu nō meditata referre  
Carmīa habet pmptos ad sua uerba sonos.  
Hic igit querulas aīantia Carmīa chordas  
Exprimat: & tristi tristia uoce canat.  
**Q**uaq; mouet rigidas hoīum testudine mētes-  
Defleat occassus hac Mariane tuos.  
Dent supi Aonydūq; Cohors pdocta soror;  
Annis & uitæ tēpora tāta meæ.  
Vt ualeā egregiū meritis decorare tropheū  
Versib; & Laudes cōcelebrare tuas.  
**Q**uēq; piis lachrymis extictū & dispaſ uersu-  
Nec bene cōcordi uoce nec arte chelis.  
Luxim, altiloquo tētē laudare cothurno :  
Atq; Maroneæ plectra mouere lyræ.  
Nūc cōfussa sonat uox & singultib; hæret:  
Et tremula calam, cōcidit ecce manu.  
**Q**uare finis erit dictis nō fletib; ergo  
Poste sub hoc saxo mi Mariane Vale.  
Finis.

**E**pithaphiū Marianū p Eūdē Visdñum.

Marcellus  
Cātor & po  
eta uenetus

n On hic; sed toto situs ē Marianus ī orbc.  
Credis & extinctum; fallcf; uiuit adhuc.

¶ Aliud.

e Xtinctus nō es: uiuis Mariane: nec istud  
Tcctū te marmor-totus at orbis habet.

¶ Aliud.

h Ic Mariane laces: satis ē: sūt cætera nota  
Ingenium-mores-relligio-eloquium.

¶ Aliud p Guidonem Rangonum

n Il qror o supi uitæ breuitate- nec urna  
Hac humili: uixit nam satis ille diu.

Qui sibi apud gētes æternā noīe famā:  
Perpetuas sedes fecit apud superos.  
Nec paruo illius clauduntur mébra sepulcro-  
Qui nitet eloquio-religione-fide.

¶ Aliud p Hannibalē Rāgonū.

o R phe; ad thracas-latiis Marian; ī oris  
Occubat; ille feras mulixerat; hic hoīes.  
Ille lyra: Voce hic- & lingua; uiderat ille

Infernus uiuus: Mortuus hic Superos.  
Vox cytharā q̄tūq; feras hō: Tartara cœlū.  
Grate uiris præstas Orpheus: grata deis.

**C** Ad Hieronymū Cassiū Bonī.

Cassi decus omnium uirorum:  
o Quos doctæ generauit urbis aluo  
Fecunda ingenii humus rigatos  
Rhenoque & Sapina duobus undis  
Claris fluminibus piæ Camœnæ  
Mecum tristia fata Lachrymarunt  
Et duros obitus tui sodalis  
Et cultus stabilis sacri columnæ:  
Fletus ergo habeas amici amice.  
Hic: quum carmine cæteri poetæ  
Mortales faciant perire nunquam:  
Et duros necis aufugisse morsus:  
Versus efficiet meos profecto  
Semper uiuere nobiles in æuo.

**C** Codrus ad phœbum.

p Hœbe poetarū genitor uenerāde: sororū  
Frater & Aonidum.  
Qui plectro aurato: cytharaq; decorus eburna  
Pulchrior es superis.  
Quotidieq; semel curru metire nitenti  
Grande poli spatium.

Hactenus imēsa te sum pietate secutus:  
Omnibus & studiis.  
Iuuit & ī medio rcsidētē helycone recessus  
Excoluisse sacros.  
Parnasiq; nouē uenerarier æde puellas-  
Virgineosque habitus.  
Nunc alio nostras statui diuertere mentes.  
Phoebe animumque meum.  
Non quia tc:carmenq; tuū:musasq; posus:  
Lauriferumque apicem.  
Sed quia phœbe nequit repleri carmine Vēter,  
Quum petat os aliud.  
Ergo chelī: mihi q̄ dederas tibi pulcher apollo  
Restituo emeritus.  
Non tamen ista libens sed paupertate coactus  
(Da ueniam )efficio.  
Quod fuerat quōdā studiū tibi phœbe dicatū  
Iam Medicina tenet.  
Fertilior medicina seges uel pinguior esca  
Carmine perpetuo.  
Desero te parnase sacer: liquidasq; uolucris  
Bellerophontis aquas.  
Phoche uale:tu nyfa uale:uersusque:lyræque:  
Pegasidesque simul.  
Pro quibus optato ueniat medicina fauore  
Non habitura famem.  
**C** Phœbus ad Codrum.

Erba qd hæc sibi codre uolūt: ab apollīe  
u Codre tuo Veniam: (poscis  
An nescis medicas artes: & gramina qq;  
Iure sub esse meo:

**Q**uid sine me poterat doct: cū frē Machaon:  
Me sine phyllirides:  
Effuslam per me natus eum sanguine uitam  
Reddidit Hippolyto.

Deniq; se medicus debet mihi quisq; petenti  
Si ferat auxilium.

Nil igitur poteris sine me. seu carmine siue  
Te medicina iuuat.

Sitamen herba magis q̄ carmina uirib; herbæ  
Vtere & arte mea.

Non ideo phœbum: nec phœbi sacra relinquis  
Codre Ministeria.

Sed magis infudas ut ames uenereris adores:  
Meque measque manus.

Ergo iter optatū capias: & præpete penna  
Velle tuum exequere.

Ipse adero: nec te: tanto quem tpe souis:  
Nunc ego destituam.

Ostendam archana quæ sit uirtute salubris:  
**Q**uæ ue sit herba nocens.

**C**ömendat codrum Doctoribus & scolastis.

**A**uper est si quis probitate uera:  
**p** Et bonæ semper studiosus artis:  
**Q**ui sibi gratum meruit fauorem,  
Auxiliumque.

**C**Pauper hic Codrus probitate uera:  
Et bonæ semper studiosus artis-  
Omnium gratum meruit fauorem-  
Auxiliumque.

**C**Pauperi Codro faueat peritus  
Artis- & iuris: faueat Mineruæ  
Munus affectans:faueatq; phœbo  
Grata iuuentus.

**C**Hoc uirum nemo magis est egenus:  
Codrus est ipso magis Irus Iro:  
Codrus est Codro ueteri nouellus  
Codrior ipso.

**C**Non habet Codrus proculam:nec ipse  
Maius aut illa breuius cubile:  
Nō habet sex urccolos:duos nec  
Nec miser unum.

**C**Antarus nullus breuis est egeno  
Magnus aut Codro : recubansue chyron:  
Nec uetus seruans-noua nec libellos  
Cista latinos.

**C**Qui tuos uersus ubi Codre mures  
Dente roderunt opici maligno-  
Protinus uadis medicas ad artes

Spreto helicone.

**C**Nil habet Codrus: neget ista q̄s nā:  
Cernitis sane nihil esse Codro-  
Ni suum barbam quasi contegentem  
Pectus & ora.

**C**Quæ tibi quondam (memini) periclo  
Affuit: quando pueri putantes  
Esse iudæum quasi te repente  
Dillapidarunt.

**C**Quisq; iam Codro faueat benignus:  
Codrus est sane probus: & probato  
Ocio incombens fuit: est eritq;  
Ofciosus.

**C**Pro habēdis doctorat, insignib; ořo.

Duentus scio non latere causam  
**a** Doctorum sacer ordo te uirorū:  
Iam quod polliciti mihi fuistis.  
Nunc læta precor exhibete fronte.  
Nec quāuis merui sacros honores  
Præbentis logicæ patentiores  
Ad quascunque uiam Scientias uis:  
Aut insignia dignus hæc habere:  
Me uester faciat tamen merere  
Aspectus pietas amor fidelis.  
**Q**ui maiora potest: precor putate

Carnis  
privius unde.

Carnis p.  
ue  
neris & Bac  
chi filius;

Munificus largas diues habebat opes.  
Huc here tu poteras iuuenem spectare decorum  
Cui fera nūc toruo cornua nata uides.  
Saepē sinu molles cupido tenuere puellæ:  
Horrida qui fului terga leonis habet.  
Hic licet aspicitur stygia sub imagine uultu  
Cras tñ in nitido conspiciendus erit.  
Talia sic totā uisuntur mōstra p urbē:  
Humanūque capit nō sua forma genus.  
Sic uariis uariat hoīes sua mēbra figuris.  
Illos ut possis dicere non hoīes.  
Quū deus aduētat pinguis: cui Carnea pingui  
Dona placēt: cui dat nomen amica caro.  
Qui deus æthcrei fugiens cometia regni  
Inter coelestes noluit esse deos.  
At sibi in euganea proprios tellure penates  
Legit ubi assiduo cultus honore uiget.  
Inde rubēs latias genialia festa p urbes  
Spargit & ad Rhodanū callaicumq; Tagū  
Cuius in aduentu mōstos oñdere uultus  
Non licet: & curas corde tenere graues.  
Lætus amat lætas; iucōdaque festa choreas.  
Sacraque Magnificis luxuriosa cibis.  
Edidit hunc ptu quōdā uenus alma liæo:  
Hinc data sunt læto libera regna deo.  
Hinc ludis stipat, adeſt: & frē parentis  
Incitat alligero dulcia furta suæ.

Hinc sua s̄æpe ferox cupit interrūper̄ māuors  
Festa-q̄ ex Vener̄ est cretus Iache tibi.  
Ille tñ matris tutus fratr̄isque uagat  
Numine nō aliis castra minora tenet.  
In quib⁹ & pueri iuuenes teneræque puellæ:  
Saltat: & effecto corpore turba sc̄nū.  
Ferrea nō illic agitantur arundine tela:  
Letali bellum nec ferus ensis agit.  
Threiciæ fidib⁹ Cytharæ tēdunf amicis:  
Er uario resonat pinguis castra sono.  
Carmina cātanf foctas motura lecnas:  
Et quæ sunt medio saxa reposta mari.  
Huc illuc mediā saltatrix turba p. urbē  
Virgincos errans suadet iniī choros.  
Huic mō uult teretes digitos tractare puellæ:  
Et premere opposito mollia terga genu.  
Huic mō pulchra suis circūdare colla lacrtis:  
Et dare q̄ semp munus utrūque iuuat.  
Hæc sibi sacra iubet fieri mutabile numen  
Quæ fore grata sibi fæmina uirque pbat.  
Hūc igif festas agitemus amice choreas:  
Carpamus curis gaudia depositis.  
Pollice plectra man⁹ moucat pulsata frequēti:  
Nec desint dulci carmina dicta lyra.  
Nāque dies alio uenict pagendā tenore  
Plena situ: turpi desidiosa fame.  
Sic uice ineqli rex momēta ferunt.  
Procedūtque uia tempora dissimili.

**C** De Cōtinētia q̄tragesimali ad iuuētutē boñ.

Largius effusso per inebria corpora potu  
Vesta libidinibus dedita uita fuit.  
Et uaga per totam conuiuia protulit urbem:  
Assiduosq; sales; multiplicesq; iocos.  
Nunc uero hæc alios mores expostulat ætas:  
Atque aliam uitam uendicat ista dies:  
Siste gradum in uenerē nimiu plapsa iuuētus:  
Et currentis equi contra he lora tui.  
**Carnisp:**  
Mortuus ingenti coquus ē abdñe pinguis-  
Continui magno cultus honore cibi.  
**Quatragesi  
mæ effusio**  
Maturoq; ad nos uenit pede macra sacerdos:  
Victu humiliq; artus attenuata suos.  
Pallor inest facie; dentes liuore notati.  
Atra cutis: nullo pectine pexa coma.  
Barba riget: dulci risu caret: humida semp  
Ora gerit lachrymis; corpora plena situ.  
Et lento passu incedit suffulcta bacillo  
Effectum corpus ne tremebonda cadat.  
Hæc pia sacra petit fieri sibi: sacra necesse est  
Ut fiant ritu: quo petit illa: sibi.  
Ritus hic est. Oculos in humū mœrore remiss,  
Perdomita uentrem- pectus- & ora fame:  
Mox quæcūque tibi suerint cōmissa fatere:  
Exutusq; omni criminе tēmpla cole.

**C** Ad amicum,

d Ignā satis phœbo-phœbiq; sororib; ipsif  
Atque Agany pæo commadefacta lacu.  
Quæ dedit antiquo mihi iunct; amore sodalis  
Legimus Aonia concita plectra lyra.  
Legimus & lectis se non Licuisse putau  
Deprimere: & dotes attenuare suas.  
Ista sine efficiant quibus est non docta canendi  
Gratia:nec Clarii uox bene nota dei.  
At tibi:qui sacrum musis helycona pereras:  
Quique Meduseis proluis ora uadis.  
Et licet & fas est non excusata tenere  
Munera. Doctrinæ est ars bene nota tuæ.  
Quæ q; ad ætereos me tollere docta recessus:  
Et cupiat laudes cōcinnuisse meas:  
Gratus ago grates:quas gratus amice referē  
Si mihi uel dari:uel Babylonis opes.  
Sed qa nec dari:nce opes Babylonis habemus  
Offero q; fructus nř agellus habet.  
Præcipueq; meū præsto tibi scmp amore:  
Seruiat aoniis-ut solet ille uiris.  
Tunc tibi defuero quū docta Bononia scire  
Desinet:& nullas rhenus habebit aquas.  
Nunc amo;delexi quē iam. Sed ut exitus idem  
Qui tua-concludat Carmina nřa- Vale.

**C**In Detractorē ad Laurētiū.

**I**xim; assidue Mutinā tibi ducit ursus:  
Et tibi p frutices semina iacta cadunt.

**A**nser in aerca tibi summi arbores nexus:  
Et tibi Sysiphiū p iuga fertur onus.

**S**acra nequit rutilo uiolari fulmine laurus:  
Nec cadit aduersi turbine lācta nothi.

**Q**uo magis & rabies uentor & fulgura coeli  
Crebrescūt uirides spargit inusta comas.

**E**itq; magis fulgens ut sol egressus opaca  
Nube magis radiat Lucidiusq; nitet.

**V**iecta iace nūc lingua procax: & disce taccre  
Inuida: nec patriis cē supba dolis.

**A**t solita uiuas tu conditiones supstes  
Qui mrito a lauri nomine nomen habes.

**C**epythaphiū Io. Carz.

**C**ribas sincera fides: & recta uoluntas:  
Et quicqd laudis uita pudica tenet.

**H**ac regescit humo: sub quo stant ossa Iohānis  
Carzolæ: cuius spiritus astra tenet.

**A**liud.

**C**onsilio grauitate fide matur, & aeuo:  
Condita cuius habet cippus hic ossa:fui.

Nomē Iohānes fuerat: Carzola ppago:  
Officiū oñdent scripta relicta mēū.

**C**In Detractorem ad quendam Equitem Bo-  
noniensem.

i am mala ligua tace qd ianā crīmīa fīgiß  
Non nocet insonti lingua dolosa uiro.  
**Q**uid laceras:quē dū laceras :extollis i altū;  
Et facis excelsos scandere stulta gradus.  
Ne preme; maiore quē tu facis usq; premēdo:  
Num pdesse uides dū nocuisse cupis;  
Maior i aduersis exurgere uiuida uirtus;  
Pressaque sidereā nouit adire domum;  
Secedet totū nomen sp̄furū in orbē  
Virtute- & Claro sanguine dignus eques.  
Iam mala lingua tace: q̄ inanā crīmīa fīgiß  
Non nocet insonti lingua dolosa uiro.  
Vade bonis auib⁹ lāctos habiturus honores.  
Vir tam doctrina q̄ pbitate nitens.  
Nec timeas inimica tuæ dignissime laudis  
Agmina: nec gentis dicta nefanda malæ.  
Nāque apices laticis diuinæ pallados instar  
Vera tenent:fondo nec latitare q̄ucunt.  
Sit tibi Cælicolæ timor ac amor usque tonātis:  
Quo duce Scyllæo gurgite tutus eris.  
Quo duce flāmiferā libyen penetrabis- & idos:

Tutus & in Scythico frigore semp eris.  
Hinc securus ab ii: sumo uidet oia cœlo  
Iupiter: & iusto examine Cuncta regit.  
Offero præterea si qd q; possit egestas  
Est mea. Fac iubeas tu mō: Iussa feram.  
Pauperie:patriaq; mea:laribusq; paternis  
Vtere: Nostra tibi est semp aperta domus.  
Iā mala lingua tace, iā cōprie murmura nugax  
Non nocet insonti lingua dolosa uiro.

**C**Mars ad Hannibalem Bentiuolum qua die  
Sigismundus præfecturam scolaſticā inuit.

Axima nobilium-totū iā nota p orbē,  
Iā nulli cclura dom, :fondata benigno  
Sidere; & æternū præseruatura decorē  
Hesperias inter gentes: Tuq; Inclita Factis  
Progenies partis & Bentiuolea Triūphis-  
Bellorū pacisq; decus: diuūq; hoīumq;  
Magna:& precipue Mauortis & unica cura  
Pallados:& magni sub numine tuta Tonatis.  
Nos urbē egregiam: nfasq; reuiscere gentes  
Venimus-a gelidi Boreæ-Scythiaq; niualis  
Partibus-extrcma metiti quaçq; sub arcto.  
Salve igif gés grata mihi:gés grata mineruæ:  
Et qua nō nobis habitata ipensius urbs est

Vlla: nec his ullo tñ regnata sub æuo  
Numinibus uarias uariis regionibꝫ urbcs:  
Præfixasq; domos (fateor) populosq; feroceſ  
In bellis habui: sed nō mihi dextera præsto  
Palladis auxilio fuit aut tutella: sub orbe  
Arctoo tenui fuluo præciosa metallo  
Tecta feræ genti dominans. Et trachas i arma  
Strimōis ad ripas agitans: & ad orbelon: aut p  
Frigentē rhodopen: pindo qua tēdit ab alto  
Ad Ciconū pplos: bellūq; adomāthas amātes  
Hebrus a polline sacratus cæde poeta.  
His tñ nec sum terris: sed & horrida curru  
Gallia læta meo: nec non germania quinq;  
Diuisa in species hoīum. Qui nomen hiberis  
Donarūt Celtæ: longamq; Britānia lucē  
Quæ tenet: i cancrū feruens quū cy nthi, i trat.  
Me colit: & parthus fortis tūc hoste timendus  
Quū fugit: & celeres uertit post terga sagittas.  
Hos aliosq; mea populos ditione tenebam.  
Dans iram belloq; animos. At solus in istis  
Partibus astabam sotiatuſ pallade nulla.  
(Noluit in gladios habitare minerua ruētis.  
Effrenosq; omni populos rōne carentes)  
Hinc rucre in ferrū: iubitisq; occūberi telis.  
Attu iam uariis decorata Bononia factis  
Exulta: lætunq; animum pæana canendo

Bononia.  
Pæana

Ioānes Bēt.

Extolle: in toto nulla est felicior orbe  
Vrbs habitata uiris. tacco uiridantia prata  
Fecūdos bacchi colles: segetūque feraces  
Atque olei cāpos: & quo sub tuta moraris  
Principe Bentiuolo: quē nō fortuna sed ipsa  
Docta dedit pallas: quo sospite sōspes habebis  
Impiū cū Marte dea auxiliāte Minerua.  
At q̄ sis fælix nobis præsentibus ecce  
Donec Romani nos iam tenuere q̄rites  
Regnarūt: & quæque suo puincia iuri  
Subdita: sed nobis illi iacuere repulsis.  
Ergo n̄o & cultrix turrita sacro &  
Felsina uince hostes: & uictis læta triūpha.

Maurus.  
Adamāti-  
fer dux.

Hannibal  
Bent.

Gebennæ.  
Lygures.

Luna urbs:

Vittifer hīc Mauri: fortisq; Adamātifer illinc  
Subsidiū tibi grande ferent. tuq; inclita ples  
Bentiula generata domo mihi cura pénis  
Hānibal & athruscæ fiducia maxima terræ.  
Te uocat illa ducē; Remca: Tibi magna patur  
Gloria ubi acreū trāscenderis apenninū.  
Auspiciis i uince meis. Non hæc tibi decrūt  
Arma: quibus duros poteris supare Gebennas:  
Et ligures sp̄sos. Solcāt licet arma mouere  
Acriter: & longis cōfringere corpora telis.  
Ipse adero: solitūq; tibi praestabo fauorē:  
Sed tñ an tuae studii sit cura mincruae  
Diruta q̄ uideas pulchrae Iam mœnia Lunae.  
Illa sacrosanctis ductorē ex more uetusto

Legibus instituit regat ut sua castra suamque  
Militia: doctasque artes. priuata magistro H.  
Si ratis est subito scopulo concussa latenti  
Mergit: & currus auriga relinqit habenas H. M.  
Silertas uacui p deuia rura uagat  
Tunc leuis: & terris fracto iacet axe reuulsus: H.  
Sic studiu recto cui deest. hic aptus habenis  
Flectendis: aptusque rei: prouicia tanto  
Demadata uiro pensata Lance regetur. M.  
Quo licet huic igit faucas: atq; omne Iuuado  
Auxiliu praesta. Nam Sigismudus honores  
Palladios. si qua pstracti hinc inde uocabit.  
Sic armis quod tu decorabit legibus ille.

**Mars & Pallas ad Eude Hanibale.**

**C** Salue urbs armipotēs: et styrps mouortia:  
Hanibal Egrediis edite principib⁹. (tuq;  
Salue urbs ligipotens: styrps artib⁹ inclita nr̄is  
Hanibal orte bona matre: pente bono.  
Vis decus aeternū: & longi monumēta tenoris. Ma.  
Fortia magnanima praelia summe manu.  
Vis decus: & famā: laudē: uitāque pennem  
Palladiac summas in uncra sacra deae.  
Hac cerne anguigero tibi iūctū Mauron amico Pal.  
Ma.

- Pal. Hac tibi coniunctum parte adamata uide.  
Hac illac tu Flecte oculos: quae turba sequetur:  
Quae sit & utilitas: q̄tus & urbis honos.
- Ma. Hic tibi dum fuerint cincti fulgentibus armis  
Magnus eris populo cui libet usq; timor.
- Pal. Hæc tibi dum fuerit legum studiosa iuuentus  
Charus eris genti cui libet orbis amor.
- Ma. Me cole paciferæ cum numine palladis ergo:
- Pal. Me cole: nec Martis numines sperne: igitur.

### Ad Spectatores.

a spicī æthruscæ spectatrix turba camœne  
Humani quæ sit conditio generis?  
Sic iura & leges hac tempestate premuntur:  
Et sub uenali Iudice cuncta manent.  
Cmnia si Cachis: Sic diuite pauper auaro  
Pressus habet nulos unde requirat opem.  
Nos igitur talem debemus ducere uitam:  
Quam ratio morum cum probitate regat  
Vt fora non timeat pretio corrupta nefando:  
Nec grauia assiduis uerba supba minis.  
Regibus ut timidis: regumq; obnoxia fastu  
Non sit ab ast omni libera facta metu.

### Ad Eosdem.

a Spicis hæc igitur tali sis præditus arte  
Moribus ingenuis & pbitate bonus.

Vt te nō regū fastus: nec prætor iniquus:  
Diuitis aut uexet Cura-rapina-fames.

**C**Epythaphiū. d. Ioānis de uulpe iuris cōsulti

n Omen Ioānis: uulpis cognomē habebas  
Nat; olympiadas quattuor atque decē.

Quū te mors-leges & legū insignia tecū  
Hic tumulauit-& hic cū pietate fidem.

**C**Leges de Semet ipsis.

h Acten, ex leges tenebrosa uolumia legū.  
Nosque par fuimus cognita mille locis:  
Nūc sumus & leges-sumus & Digesta:sumusq;  
Hoc duce uel media Lucidiora die.

**C**Ad Reuerendis. Allariensem Episcopum.  
D. Hicronymum pallauicinum genuensem pa  
tritum Elegia.

m Irabar tristes qd mœsta Bononia luctus  
Fonderet:& tepidis ora rigaret aquis.  
Flebile qd pullo uestiret uellcre corpus:  
Clausq; artificū quæq; teberna forct.

**Q**uid proceres mœsti: totā qd triste per urbem  
Iustitium: flerent fœmina virque simul.  
Artificum leges: quid cæsar is ipsa tacerent  
Iura: quid armis nœdocta caterua dœc:  
Audicrat subitos abitus: celeresq; recessus  
Felsina conspectu felsina læta suo.  
Felsina nūc tristis latias q; tendis ad oras:  
**Q**uodque premis mulae terga sicanna tuac.  
Et merito turbata dolet uelut orba nitenti  
Sidere magnificum parturiente decus.  
Cui fueras qnod luna polo: quod delius orbis:  
**Q**uodque aliis stellis Lucifer esse solet.  
Purpureū q; uer terris: parioq; q; aurum  
Est lapidi: & gratis lilia mixta rosis:  
Deniq; corporibus pulchris quod uiuida uirtus:  
**Q**uod domus est patriæ Bentiuolea suae.  
Hic mores nituere tui: nomenq; perennet:  
Puraque cum Sancta Religione fides.  
**H**ic tibi q; Romæ quondam pœuleius habebat  
Foedatum nullis Sordibus Ellogium.  
**Q**uod Tyrrhenus eques romanis uatib; oli-  
Hoc tu palladiis dictus inesse uiris.  
Inde dolent leges: & turba poetica plorat.  
Præpositus rheno quod Tyberinus eat.  
Felsina sed quantū mœrens turbata recessu est:  
Exultat tantum Roma Superba tuo.  
**V**ade bonis auibus doctrina insignis: & omni

Virtute & priscae nobilitate domus.

Dū gāges dū phasis aq̄s dū nilus habebit;

Hybla thymū: segetes gargarus: astra poli.

Siria dū nardū: dū thus Panchaica: seres

Velleraq; arborib; dū pretiosa legent.

Innumerae laudesq; tuae nomenq; decusque

Fixa meo stabunt pectore fixa meo.

Et ueniet tépus quo te dignissime praesul-

Et tua magniloquo carmē facta canā.

Tunc helycon phœbū: tunc mittet Nysa lyeū:

Deseret aonium turba nouena Iugum.

Et quaecūque ferunt uati aspirare canenti

Numina dictabūt grandia uerba mihi.

Tunc conuexa poli digitis & uertice tāgam.

Totus & ex omni parte beatus ero.

Cmine uade bono dextro pede sorte benigna:

Optatis faueant numina cuncta tuis.

Pilea dent tyrio confestim tintcta colore:

Mox caput exornet terna corona tuū.

Vt qui alios oīs & fama & nomine praestat:

Insigni reliquos praestet honore uiros.

**C**Ad Ioannem Bentii. Bonoñ.

q Valis i astrigera sōuit fauor arce deo&q;

Mellifluo mouit uox Louis usa sono.

Amphitrioniaden ubi duxit ad ethera summ,

Iupiter & fecit Sidera Tindaridas.  
Talia te læto domus hæc tua gaudia sentit  
Aduentū nati testificata sui.  
Prodeat ex omni iam nūc sincera uoluptas  
Parte sui: nec sit moror in urbe tua.  
Hæc fœlix-hæc laeta dies-hæc festa uocetur:  
Hæc niue Candidior lux genialis eat.  
Hæc memores faciat princeps nos cē pennis  
Læticiae: optati quæ uidet ora dei.

**C** Ad Julianū Medicem florētinū.

a Dmittit deus oipotens pia uota tuoꝝ:  
Exaudit q; meas iupiter ipse preces.  
Iam Cedit fortuna loco-sapientia regnat  
Astreæ toto tempore amica dæ.  
Quæq; sui incertum tenuit sors dura-petenti  
Iam iam te patriæ reddier alina parat.  
Sic successiō labuntur tempora gressu:  
Perque suas remcat-qd luit ante uiccs.  
Ipsaque nō hoīes fortuna tenore pennis  
Concoquit: At uultus mutat amara Suos.  
Ille dies ueniet: q te patriæq; tuisq;  
Restituat-patriæ spemq; decusq; tuis.  
Optatāq; feret reduci tibi Candidus urbē.  
Vrbem quæ sine te stare beata nequit.  
Interea quoctūq; loco tibi cuncta parantur

Præsto mea. hæc Iuli sunt tua. nō mea sunt.

**C**ytharedi Atlatis Cythara de se ipsa.

m Oenia structa meis fidib⁹ thebana fuc⁹:  
Debet phryx operi p̄gama facta meo.

Debet & eurydicen strygiis q̄ traxcrit Vndis  
Orpheus; & manes mulixerit ille nigros.

Per rhodopen scopuli quereus p̄ saxa- p̄ emum  
Dulcisonā fuerint usque secuta lyram.

Atractus p̄ me subuexit Ariona delphin-  
Turba parat uati dū scelerata necem.

Per me detinuit chyron p̄ s̄æpe bimēbres  
Thessalicis tractans fila sonora iugis.

Nunc tyrrhenus Atlas p̄ me censem Arion.  
Orpheus-amphion- emathiusq; senex.

Quos bonus exupat tñ modulamine uates  
Quātum uir pisces-tartara præstat-equos.

**C**Epla Aegrotatis orphei ad amicos suos,

o Rpheus hæc uobis chari nō læta sodales  
Irriguis rheni mittit ab æger agris.

Vosque tenere cupit: quā nō habet ipse: salutē-  
Corporis hoc ipsum sollicitante Lue.

Quāritis is qd agat: lecto sua mēbra saligno  
Siue thoro mauis dicere fulctus habet

Tristis ubi fletu delamentat amaro  
Humanos uaria conditione status.  
Quod nimium fortuna potes mortalia cæcis  
Casibus: & rapido cuncta sub orbe uehat.  
Quodq; sit ulla homini nūq; sincera uoluptas:  
Quod ueniant lætis tristia sæpe bonis.  
Saxa q; haud nūq; ualidis excussa lacertis  
Auctorem ualeant sæpe ferire suum.  
Conquerit q; te iam Bartholomee dolentem  
Riserit & magnos leserit ipse deos.  
Nunc similem patitur morbum: cruciat eadē  
Peste idem inflatum nunc tumor ingue hēt.  
Nocte gemit: nulloq; die requiescit & hora:  
Flet uigilat queritur deuouet usque dolet.  
Nunc dextrū premit ille latus nūc ille sinistrus:  
Nunc iacet in faciem nunc resupinus adest.  
Sæpius in tales quæstus diffunditur heu heu  
Orpheu qua miser es Conditione situs.  
Stare domi nequeo minus ire quiescere nūq;  
Summere nō potum: nostra nec ora cibum.  
Non solitam pulsare Lyram: nō diceſ Versus  
Mellifluos aut quæ tibia nostra dabat.  
Nunc tm̄ uegilare queo nunc flere dolere  
Nunc gemere infelix nūc & acerba pati.  
Orpheu quo tristis morcris quo cōcidis orpheu

Moeste loco: patria non tumularis humo.  
Extinctum qui me flebunt: testudinis haeres  
Huius erit Valeas Iam lyra musa Vale.  
Phœbe Vale: libri que mei Versusque Valete.  
Et Soror & comitum Sancta ualete cohors.  
Grata uale patria: extinctum gens roscia defle  
Orpheus carminibus proh dolor orba meis.  
Si tibi gratus eram ciuis: gratusque sacerdos.  
Hymnique & cantus & mea sacra tibi.  
Situa dulcisono demulxi pectora plectro:  
Detenuique aures ad mea dicta tuas.  
**Q**uære meū corpus (studiorum felsina mater  
Hoc tenet) & patriæ contegat illud humus.  
Alba pos præstet tibi marmora: facq; sepulchra  
Sentiat inferias spiritus iste tuas.  
Sentiat elysii lugubria consitus aruis:  
Et quæ grata piis manibus esse ferunt.  
Inde sepulchrali tua me manus addat in urna:  
Haec niueus teneat carmina sculpta lapis.  
Orpheus hic situs est phœbo musisq; dicatus.  
Et Veri cultus relligione Sacer.  
**Q**ui dum turrigera studet irrequietus in urbe  
Intempestiu Morte solutus obit.

**C**ad Alexandrum Bent.

**C**Inuidet humanis adeo Rhanusia uotis.  
O iii

Vt nemo ex omni parte beatus eat.  
Hic lingua: ingenio hic ualent: ille p̄pagie claris:  
Morib⁹ ingenuis splēdidus ille nitet.  
Quod sit hic egregi, forma laudat: at ille  
Bellica q̄ semp̄ fortis in arma ruat.  
Hunc pede miramur uolucris ualidisq; lacertis.  
Magnifica hūc aliū q̄ sit in urbe satus.  
At tibi cœlestes: quæ uix simul oībus: uni  
Magnifici larga cuncta dederū manu.  
Iupiter impiū: magnos saturnia censu-  
Tandem priuigno mitis amica suo:  
Contulit ingeniuū deus alliger: & decus oris:  
Contulit & dotes de ioue nata suas.  
Mars aīum audentē: uiresq; in bella gerendas  
Fortia: nūc quantas sentit ethrusca manus.  
Præstantē innumeris foris optima dotib⁹ urbē:  
Et clara antiquū nobilitate genus.  
Et simul implicitæ qcqd ualucre sorores  
Tradere: qcqd hymen: qcqd habebat amor.  
Quicqd conspicuo cythereia corpore diua  
Ponere: dux solus maxime cuncta tenes.  
Quare age alexāder: tibi q̄ bōa cūcta dederūt:  
Dii dent sis uoti compos ut ipse tui.

¶ Ad phœbū cum quo poeta logf sub forma  
( Dialogi.  
po. ¶ Faī age Phœbe q̄s hic facie q̄ test⁹ & ora

Restitit ph. ipse ties. po. n. ph. reor. po. ipse nihil.  
ph. C Attram. po. ex aliq suspectus pte fuit. sed  
Nō met, Immo fuit mixtus amore timor.  
ph. C Cōueniūt nō ista po. mihi credat apollo  
Id uer est: Regnat nō amor absq; metu.  
ph. C Scilicet hui erat formidinis ergo puella  
Causa: po. Puella quidem nescio. pulchra tñ.  
Vin mihi q; cupio Iam dicere ph: Dixerit illud  
Sermo me, capite hinc, hinc pede sermo tu.

C Disticon Personati.

u Era refert phoebus. Si cesserit añ Ioānēs.  
Et tibi si finis cum pedecrus dederit.

C Cantillena Orphei.

f Alucteo o pceres n̄is bona numina terris.  
Numina stelligero candida missa polo.  
Orpheus en latia latios testudine uersus:  
Cantabo numeris ore fauete meis.  
Q ualua phryx celebrat berecy nthos festa leo.  
Currigeros magnæ sensit ut ire deæ. (nes  
Q ualua ny seos adit ut beotia coles  
Liber flexipedi Cornua fronde tegens.  
Q ualua curetes quiū gnosia mœnia tangit  
Iupiter: & celsam quiū Cytherea paphū.

Talia præsentes uos testificantia diuos  
Hic peragit læto pectore festa locus.  
Exercet Cantusque pares similesque choreas:  
Sacraque solemini religiosa dape.  
Hanc lucem statuit niuco signare lapillo:  
Inter felices & numerare dies.  
Annue penniferi qui scis secreta leonis.  
Marcicola nostram missus ab urbe domū.  
Ut sibi cōmissamq; urbem populumq; fidelē  
A Eterno placida tempore pace regas.  
**Q**uare age cura tibi nostri sit principis ipsum  
Tu rege nos omnes rectus ut ille regat.  
Annue conspicua puer o uenerande iuuenta.  
In delo qualis creditur esse deus.  
**H**æc tibi quam cernis gens est & dedita tellus:  
Auspiciis uiuist statque caditque tuis.  
Se tibi commendat soli sol aureus Visque  
Illustra radiis Arua beata tuis.  
Denique uos ambo memores estote canentis:  
Hæc sint Orpheus carmina dicta lyra.  
Euenient dictata reor grauiore coturno  
Carmina temporibus commodiora suis.  
Cūq; suo exibit quondam Melibæus Amitha:  
Destituetque suum læta per arua gregem.

**A**d Antonium Galeatum Prothonotari  
um Bent In Saturnalibus.

**a** Nnua munetib⁹ pperant iā festa dicatis.

Apparat en domino mitte⁹ dona cliens.

Sed mihi sardonices n̄ sunt: uiridesq; smaragdi:

Quæque arabum tellus ingeniosa ccreat.

Non citrei tripodes: nō uasa corynthia: nō quæ-

Pactolii durii fert & harena Tagi.

Est amor: est animus: mens totū deniq; corp⁹

Omnia Bentiuolis dedita principibus.

Ista tuos capias nunquam remorantia Iussus:

Et semper Votis obsequiosa tuis.

Aurea qui dederit tibi munera: quicq; lapillos:

Qui preciosa scopæ signa minora dabit.

Sic tibi dii faciles dent pilea murice tintæ-

Mox decoret triplici fulua corona gradu.

Vt meritis alios præcedat honoribus omnes.

Qui præstat fama religione fide.

### Epythaphiū Mezentii.

**f** Acuitia ethruscis pulsus mezentius oris-

Contemptorq; hoīum spretor & ille deū.

Pro rutulo dū bella fouet nō iusta Tyrāno

AEnæ magni sautius ense Cadit.

Corpus hēt lapis hic stygis sed mersus i undis

Spiritus æternis ignibus ustus erit.

### Epythaphium Lausi.

**Q**ui iaceo tellure sub hac Mezentius olim  
Tyrrhenus expulsus progenuit solio.  
**N**ec magis Aeneas pietas quam magna pemis:  
Ille necem Causam tradidit illa necis.  
**N**aque ego magnanimo dum tutor ab hoste pentem  
Excepit patri debita fata meo.  
**C**ausa placet mortis mortis non displicet auctor  
Nomen apud gentes haec dabit illa deos.

**C**Epith. Palantis.

**e** Vandri pallas comes in Laurentia bella  
Dardanio iungens fortia castra duci.  
**Q**uæ forma & bello insignis donauit acerbis  
Funeribus Turni lancea lactea manu.  
**H**oc teneo corpus duro sub marmore tectum  
Parta tamen bello fama pemnis erit.

**C**Ad Antoniū Caballū in Saturnalib⁹.

**q** Vid facis Antoi castæ phœbī ne sorores  
Ante multiplici Thessera sorte tenet.  
**D**umque iacis talos resonatque ex arte fritillus  
An lucrū uenus An dant tibi dāna canes  
**A**n solita expectas geniali munera mense.  
Atque nam dignū te mihi munus erit  
**D**ent alii festo mappas ligulasque decembri;

Textaq; quæ capitiis nomine nomen habet:  
Dent clamidé: tritāq; togā: dent bardocucullū:  
Dent pnas sumen cū Petasone piper.  
Citrea mala nuces uuas melimella placetas.  
Prunaq; castaneas gnosia uina fauos.  
**Q**uiq; Solent mitti natalis nomine panes.  
Quæq; piis dantur Cærea dona deis.  
Dulcia dent alii gustu Lentacula primo:  
Candidulique ferant grata Tomacula suis.  
Mittantur Iunonis aues: placidæque Diones:  
Quasq; eunuchat anus docta secare manu.  
Et libycæ uolucres & opimus phasidos ales:  
Auxit quæque tuum Dædale Crimen auis.  
Et defensla quibus semper Capitolia debent:  
Catta Coturnices merula turdus anas.  
Mittantur lepores Damæ mittatur echinni:  
